

Johann Ferdinand Behamb

**Joannis Ferdinandi Behamb Iuriscons Et Inclytotu[m] Statuum in Superiori Austria Professoris Institutionum Imperialium Publici Ordinarii. Argutiae Iuris Civilis Theoreticae maximam partem ad Usum Practicum directae : Quibus Natura Dominii Definitione, ac Divisione Positive, & Remote exprimitur. In gratiam Auditorum Iuris pro excolendo ingenio typis publicis impressae ...**

Lincii: Mayr, 1679

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787792012>

Druck Freier  Zugang







~~XXXVIIII~~

Fe.


32.12

P. 71 - 110. (111)

Fe-4191.











JOANNIS FERDINANDI  
BEHAMB JURISCONS  
Et Incluctorū STATUUM  
in Superiori Austria Professoris  
Institutionum Imperialium Pu-  
blici Ordinarij.

# ARGUTIÆ JURIS CIVILIS

Theoreticæ maximam par-  
tem ad Usum Practicum di-  
rectæ.

Q V I B V S

NATURA DOMINII  
Definitione, ac Divisione  
Positivè, & Remotivè ex-  
primitur.

*In gratiam Auditorum Juris pro  
excolendo ingenio typis publicis  
impreſſe*

Anno M. DC. LXXIX.

LINCIJ, Typis Joannis Jacobi Mayr.





✿)(+)(✿



ILLUSTRISSIMO DOMI-  
NO, DOMINO  
**LOBGOTT,**  
Sacri Romani Imperij Co-  
miti à  
**KUEFSTAIN,**  
Archi-Ducatus Austriae in-  
fra & supra Onasum Supremo Ar-  
genti Camerario Hæreditario, Libe-  
ro Baroni in Greillenstein, Domino in Spiz,  
& Vallis Wachau, Weidtenholz, Hartheim,  
Burgoschleiniz, Kirchberg, Egenberg, & O-  
benberg, Domino Ditionum Windegg,  
Schverdtberg, Hard, & Poneggen, &c. Sa-  
cræ Cæsareæ Majestatis Actuali Camerario,  
eiusdemq; Austriae supra Onasum Consilia-  
rio Provinciali, atq; ex Inclyto Statu  
Comitum, & Baronum Deputato  
Ordinario.

*Domino, Domino Patrono Gratiſſimo.*

X 2

Per



ILLUSTRISSE

DOMINE DOMINE

COMES,



*Perpetuum monitum est  
Civile, quod etiam in  
Regulam Iuris commu-  
nem jam dudum abiit:  
Omnem Definitionem  
in Iure Civili esse periculosam, parum e-  
nim abest, ut non subvertatur, cum neq;  
Leges, neq; Statuta ita scribi possint, ut  
omnes casus, qui quandoq; inciderint, cō-  
prehendantur; Lex namque Civilis cir-  
ca con-*





ea contingentia versatur, quæ natu-  
 ram mutabilem nacta, liberam Maje-  
 statis dispositionem expectant, nun-  
 quam autem tam aperta lata est Lex,  
 quin æquitati Iudicis multum relinqua-  
 tur, aut inexpectati surgant casus,  
 quin recentes Decisiones flagitent;  
 Hæc ut alibi verissima sunt, & ma-  
 gnæ vim habent, sic in nostro ne-  
 gotio, ubi in ijs versamur, quæ ha-  
 bitui sunt propria, & essentialia, nul-  
 lâquæ Lege humana immutantur, nul-  
 lum prorsus conferunt usum; in quem  
 censum referenda est Definitio, quæ  
 Nomothesia non subjicitur, dum verò  
 explicat quid res sit, perpetuò sequi-  
 tur conditionem rei, cujus datur im-  
 mutabilis, ac perpetua Veritas. Ve-  
 ritatis itaque solius amore intimam  
 Domini Naturam quo rimarer,  
 ejus abstrusa indoles suâ difficultate me

(6)

invitabat, ne incauta, & imperitior  
Inventus promiscuam Doctorum autho-  
ritatem veritati apertissima antepo-  
nat, & falsitati illicò assurgat, cujus  
gratia exterminare illa pro necessitate  
sum arbitratus, quæ subtilitatis specie  
fallere, & in præjudicium veritatis  
Juridica expetere consueverunt. Ve-  
rùm enim verò ne quis ineptias Phi-  
losophorum sollicitas illas definiendi Ar-  
gurias putet, quibus, tanquam ho-  
minibus otiosis, & non habentibus quid  
agant, remittendus sit ille labor scho-  
lasticus; Sciat, scribit alicubi Hor-  
niius, quòd hoc emplastrum sit igno-  
rantia, & ambitiosæ inscitia obre-  
gumentum, spondebo enim, ait, tibi  
& iterum respondebo, tam diu tur-  
piter ignorari rem ipsam, quamdiu  
Definitio, (adde) & Divisio est ac-  
curatissima. Sed ista, atque alia,  
ILLU-



(O)

ILLUSTRISSIME DOMI-  
NE DOMINE COMES, le-  
ges ad unguem observata in Opuscu-  
lo presenti, de Natu-ra Domini  
conscriptum, & vel ideo NOMI-  
NI TUO ILLUSTRISSIMO  
inscriptum, siquidem ad TE jure suo  
pertinere antea videtur, præterquam,  
quòd TE inter Incyptos Dominos  
meos gratiosum obsequiosè veneror;  
Inter Ordinem Dignissimorum Do-  
minorum Deputatorum Illu-  
strissimum officiosè suspicio; De-  
nique inter Dominos Comites Il-  
lustrissimos laude dignissimum depra-  
dico; Plurima tamen ut PATRO-  
NO debeo cum benè merendi studio me  
TIBI perpetuò debenda gratia reum  
sæpiùs fecisti, unde vix ac ne vix alio pi-  
gnore liberabor, nisi ingenij mei industria  
oblata, ubi si fructus minus sufficiunt,  
folia

folia quaeso ne despicias, rogo, ab eo, qui  
nihil aliud didicit, quam infelices literas,  
quarum ope magis, quam fortuna benefi-  
cio vivit. Vale felicis Provinciae felix  
Deputatus, & fave

ILLUST: D. D. COMES

TUO

Sacro ingenio veluti homa-  
gio subiecto

JO: FERD: BEHAMB,  
D. & J. Profcf.



(1.)



TRACTATUS I.

*Explicat*

Dominij Definitionem  
Nominalem, & Realem,  
tum Positivè, tum Remo-  
tivè.

MEMBRUM I.

*Continet*

DEFINITIONEM

Positivè traditam.

SUMMARIA.

- I. Dominium dicitur proximè à Do-  
mino.
- II. Remotè à domo.
- III. Neutiquam verò ab ædificando  
veluti domus.
- IV. Ratio Juris contraria adducitur.

*Sciendum I.*

**D**ominium derivari à Do-  
mino: Dominus verò à do-  
mando, seu subjiciendo:  
Hoc deniquè à domo.

*I. Defi-  
nitio*

*Nomi-  
nalis  
ratio-  
ne Et*

*Ratio, moleg.  
quia*

A

quia certè is Dominus est, qui  
in domo Dominium habet. *L.*  
*195. § 2. verbo. Parer ff. de V. S. vid.*

*Tabor in Elem. Iprud §. 6. part. 2.*

2. \* Utraq; derivatio, si rationem  
denominationis, quâ nituntur,  
consideremus, vera est, licet po-  
sterior nobis sit paulò remotior:  
*confer. Rebhanii Hodogeta Iuris char.*  
*3. c. lim. 1. § 20. p. 233. cum do-*  
*minia olim eousq; tantùm por-*  
*rigerentur, quousque fines do-*  
*mestici se se extenderent unde*  
*propria & nostra usitatè à do-*  
*mo domestica sunt appellata.*  
*Ludvvell ad §. 11. I. & K. D. Eybenius*  
*obs. 5. ad d: §. n. 16. Feltmannus de Lu-*  
*re in re, & ad rem c. 13. §. 22.*

- Obj. 3. \* *Dicu:* Græcis appellatur à  
DEMO, hoc est. extruo, vel ædifi-  
fico. Ergomalè à Domino, vel  
*Resp* domo. \* *Resp. d. stinguimus conce-*  
*dendo:* quòd DOMOS à DEMO de-  
scendat, seu domus ab ædifi-  
cando; *Negando,* quòd ab ædi-  
fican-



De Defn. Dominiij. <sup>3</sup>

ficando dominium denomi-  
nandi rationem sumat. \* Ratio, <sup>4.</sup>  
quia non statim; qui edificat,  
Dominus est. §. 20. I. de R. D.

### SUMMARIA.

- I. Dominium quatuor alijs nominibus effertur.
- II. Non semper differt à proprietate.
- III. Nisi in specie & strictè accipiatur.

#### Sciendum II.

**Æ** Quipollentia nomina, quibus Ratio-  
dominium exprimitur, di-  
ne Sy-  
ligentissimè consignâsse Hannu noni-  
mia.  
de Iure Rerum, ejusq; speciebus concl.  
36. cap. 3. I. enim dicitur in Le-  
gibus ibidem allegatis, quate-  
nùs Jus significat, Proprietas. 2.  
Dominium Proprietatis. 3. Proprii-  
4. Ius Dominiij. Conf. Glæserus in diff.  
Apologet. de Iure in re Bornio opposi-  
ta, cap. 2. pag. 156. & 166.

\* Dicitur: Dominium differt à Obj. s;  
proprietate, ergò sunt diversa.  
Probaturs antecedens ex §. 1. & ult. I.  
de Usufr. junct. L. 22. eod. ubi dicitur,

A 2. quod

quod proprietas sit, à qua usufructus abest. Ergò unam eandemq; significationem non habent. \* *Resp. disting. conced.* Si vox proprietatis in specie & strictè sumitur pro nuda proprietate, carente rei usu, seu pro Jure ab usufructu sejuncto, vel illi contra distincto. *Neg.* si in genere, & latè sumitur pro plena proprietate, quo significatu cum dominio absoluto, pleno, & integro identificatur, ita, ut non nisi nominis sono differant. *v. d. Hannius ad Vvesenbec. ff. d. A. R. D. pag. m. 658. Glieserus c. l. pag. 166. Ludvvel. ad Vvesenbec. eod. tit. n. 2. item Exercit. 4. §. 3. lit. A. Pufendorffius de J. N. & G. lib. 4. c. 4. §. 2. Ekoldus in Com. ff. t. de R. A. D. §. 2. Ionathas Clericus in Exam. Jur. Chorani tit. ff. de A. R. D. pag. 92. Voet in Com. Instis. ad §. 11. l. de R. D. n. 2.*

SUM.



## SUMMARIA.

- I. Varia usurpationis vocis Dominij.
- II. Impropria, & vulgaris duplex, latissima, unde resultat distinctio dominij in divinum & humanum.
- III. Lata.
- IV. Propria, & usitata.
- V. An dominium, & reliqua jura in re differant tanquam veræ species.
- VI. Resp. affirm.

*Sciendum III.*

**M**ultiplicem dari hujus vocabuli significatum, à nobis verò nunc duplex notatur.

\* I. Namq; *improprie* usurpatur, & sic rursus dupliciter venit: tum *latissime* pro quacunque legitima facultate, seu omnimoda ad aliquid concessa, quâ quis valet, & potest quid in aliud tanquam suum. Itaq; quicumq; habet jus circa aliquam rem, ille potest Dominus illius rei dici, quo sensu vulgari etiam in jure alibi audit Dominium suum, Supereminens, Summa pote-

A 3                      *tas,*

6                    Tractatus I.  
stas, Imperium, Jurisdictio: Eo-  
dem modo dicitur Procurator  
Dominus litis, deniq; etiam de-  
notatur Patrimonium priva-  
tum quod in singulorum bonis  
est, unde non minus Jus in per-  
sonam, circa rem, & ad rem  
significat, quia Jus Patris circa  
hæc omnia verſatur. *Hannius c.*  
*l. concl. 35. Idem ad Vvesenbec. n. 3.*  
*junct. Glæſero c. l. pag. 155. seq. & E-*  
*ckoldo ad ff. tit. d. A. R. D. §. 1. Stru-*  
*vio Exercit. II. §. 4. Syntag. I. Civ.*  
*Reb' an c. l. pagin. 229. seq.* Ex qua  
vulgari acceptione nata est vul-  
garis distinctio Dominij in Divi-  
num, & Humanum. \* Deinde  
3. etiam capitur latè pro quo-  
cunq; Jure inter privatos in re  
constituto, unde aliæ quoque  
species Juris in re nomine domi-  
nij veniunt, sic Hereditas, Ser-  
vitus, Possessio, & Pignus di-  
cuntur dominium. *Vide Felman-*  
*nus c. I I. §. 28. seq. Tractatu de Jure*  
*in*



in re, & ad rem. \* Utimur ea 4.  
 voce propriè, & strictè pro cer-  
 ta illa specie juris in re seu pro  
 jure illo, quod quis habet in i.  
 psam rei substantiam, seu quo  
 res alicujus est, vel propria, sic  
 ergò aliud est dominium, aliud  
 verò jus hæreditatis &c. Hoc  
 enim sensu omnibus alijs juri-  
 busin re opponitur. *Vid. laudatus*  
*Feltmann c l. S. 29. f. c. 12. S. 1.*

\* *Dicitur*: Dominium in se con- 5. 0<sup>h</sup>  
 tinet reliqua jura, veluti iter a-  
 ctu continetur. Erg. dominium  
 & reliqua jura in re non diffe-  
 runt tanquam veræ species, sed  
 tanquam continens, & conten-  
 tum. \* *Resp. dist. conc.* quòd vir- 6. *Resp.*  
 tualiter & per necessariam conse-  
 sequent. dominium in se com-  
 prehendat reliqua jura in re,  
 quia corporis Dominus alte-  
 rum ejusdem rei vel Dominum,  
 vel hæredem facere potest, &c.  
 Dominium quoq; reliqua jura

A 4 ante-

§

## Tractatus I.

antecellit, cū in substantiam, seu in totam rem sit comparatum, ita ut etiam ad extremum proprietatis se extendat, reliqua verò jura in rei accidentia, hoc est emolumentum & utilitatem sunt comparata, quæ ex illa haberi potest, quomodo de cætero in specie differat ab iisdem *Vide apud Hannium, & Glaserum c. l. juncto Felmanno de Jure in re, & ad rem c. 12 §. 3. Neg. quodd per se formaliter, & principaliter ex natura sua ea jura in se contineat.*

## SUMMARIUM.

I. Positiva Definitio.

*Sciendum IV.*

*x. Definitio realis.* **O**Mnium argutissimè, & minus periculosè definiendi minimum; quod sit Jus in re corporali, quæ res propria est.

## SUMMARIA.

I. Genus remotum est Jus.

II. Jus rerum refertur ad Jus in re, &amp; ad rem.

III. *Idem.*



De Defin. Dominiij.

III. Leges, in quibus fundatur genus, allegantur remissive.

Sciendum V.

**D**ominium esse *Jus* ideò dictum, quo genus remotum indicetur. Quòd commune est tam *Juri* in re, quàm ad rem: *Vide Voet. c. l. n. 1.* \* *Jus* namque rerum est generalius quiddam *jure* in re, quod etiam ad *jus* ad rem refertur. *Argu. prin. Instit. d. R. D. ibi. Nunc videndum est de rebus, &c. Vid. Avianus in Sylloge Leg. Contrav. Acad. 5.* \* *Leges* verò in quibus sit fundatum hoc genus adducit *Ludyvell. ad d. §. 11. n. 1.*

SUMMARIA.

- I. Genus proximum est *Jus* in re.
- II. Ratione demonstratur.
- III. Potissima specierum *Juris* in re est dominium.
- IV. Genueus sensus *Juris* in re alijs verbis exprimitur.
- V. Descriptione explanatur.
- VI. Quinq; *Juris* in re speciebus applicatur.

A 5

VII.

- VII. Probatur.
- VIII. Quoad dominium expressis textibus; quoad reliquas verò species remissivè.
- IX. Quær. An Jus in re sit proximum genus dominij?
- X. Resp. affir. Non obstante primo, quòd Jus in re dominio tanquam species contrà distinguatur.
- XI. Nec obstante secundo, quòd dominium resideat in re.
- XII. Neque obstante tertio, quòd ideo Creditor sit Dominus pignoris.
- XIII. Ad Instantiam respondetur non uno modo.
- XIV. Præterea quarto non obstat, quòd Jus in re, & dominium sint Synonima.
- XV. Deniq; quinto non obstat, quòd Jus in re sit effectus dominij.

*Sciendum VI.*

**D**ominium esse Jus in re: Unde non potest non genus proximum apparere in LL. ab

*1. De clara-  
tio quo  
ad ge-  
nus pro-  
ximū.* Hanno c. 1. c. 2. concl. 18. n. 1 ex  
concl. 37. n. 3 allegatis expressum. R.  
P. Illung, d. Iust. & Jur. q. 2. c. 2. n.  
54. Feltmannus c. 12. §. 4. seq. de-  
Iure



*Iure in re, & ad rem.* Nam quod de multis, ac specie differentib<sup>9</sup> dicitur, cùm quid sit res quæritur, id est genus. \* Sed Jus in re de quinque speciebus à se invicem differentibus prædicatur; E. Ius in re est genus. Minor probatur à laudato *Hannio c. l. c. 2. §. 33.* tum in genere, tum in specie *c. 3. conf. Struvius in Corollar in Disputationi 48. Syntag. Civili annexo.* Item *Avianus c. loc.* \* Illarum autem specierum prima, & potissima est dominium. *Vid. Tabor. c. l. §. 5. & Hannius conclus. 18. c. l. c. 2. Eybenius obser. 5. n. 19. seqq. c. l. Feltmannus c. 12. §. 2. eq.* \* Intelligitur itaque per Ius in re qualitas constituta. *Vide Ludvvel. ad d. §. 11. n. 1.* seu qualitas rei moralis, vel juridica, juxta *Pufendorffum l. 1. c. 1. §. 20. c. l. & Feltmannum Benedictorum c. 6. n. 29.* Item affectio rei civilis, docente *Strauchio diff. d. Imp. Ma-*

*vis c. 2. n. 1. quem sequitur Velle-  
mius ad Grot: lib 2. c. 2. §. 15. pag. 625.*

5. \* Unde Ius in re nihil aliud est,  
quàm qualitas ipsi rei intrinse-  
cùs inhærens producensquè a-  
ctionem realem. Velest quali-  
tas, quæ immediatè & directò rem  
ipsam, postquam revera conven-  
ientibus modis jam acquisita  
est, afficit intrinsecùs, & eam  
sic qualificat, ut, qui tale Ius  
habet, certis effectibus Iuris  
gaudeat. quosq; ex ipsa re sta-  
tim percipere potest, ut proin-  
de aliqua Personæ intermediæ  
præstatione, quæ in Iure ad rem  
omniò requiritur, hic opus  
non sit. *Gl. serus c. 3. c. 1. vers. adeoq.  
pag. 185. & Avianus c. 1. juncto Fel-  
manno c. 1.*
6. \* Omnes itaq; quinq;  
species sunt qualitates, quæ  
vim affiendi intrinsecùs ha-  
bent.
7. \* Quicquid enim est qua-  
litas rem intrinsecè afficiens, ei-  
què adhærens, illi competit de-  
fini-



De Defin. Dominij. 13

finitio Iuris in re; atque dictæ  
quinque species sunt tales: Ergo.  
Majoris connexio non poterit  
in dubium vocari, quia Iuris in  
re formalis ratio consistit in affi-  
ciendi rem intrinsecus, eiq; ad-  
hærendi qualitate. Minoris ve-  
rimenta apparebit ex proban-  
dis. \* Nam quantum ad domi-  
nium, illud sanè rei inhæret,  
ad quemcunq; demùm posses-  
sorem res perveniat. *L. 9. ff. d. R.  
V. L. 25. pr. ff. d. O. & A. d. §. 1. Inst.  
Ad. L. C. ubi in rem actio.* De reli-  
quis speciebus consulatur *Avia-  
nus c. 1. & Schvenderffer d. vera Div.  
Iur. in re c. 1. §. 4.*

2.

\* *Dic 1.* Jus in re dominio 9.  
tanquam species contrà distin- *Objec.*  
guitur & separatur à Iure in *L. prima*  
13. §. 1. & *L. 19. pr. d. dam. inf. E.*  
non potest esse dominij genus,  
cùm hoc specie definita latius  
esse oporteat. \* *Resp. Disting. 10.*  
*conc. 1.* Si Jus in re sumatur stri- *Resp.*

A 7

Etè, *prima*

Etè, & in specie, quod longè  
 debilius est dominio, cui etiam  
*Resp. 2* opponitur. \* *Conced. 2.* quòd il-  
 lud Jus in re dominio opposi-  
 tum sit saltem *aliquod Jus in re*,  
 quidam enim in re aliquod Jus  
 habet *d. L. 19* hoc est, habet ali-  
 quid saltem puta circa corporis  
 accidentia competens, ut est  
*Resp. 3* servitutem habentis, item cre-  
 ditoris, &c. \* *Conc. 3.* quòd Jus  
 dominij differat ab ipso domi-  
 nio, veluti effectus à sua causa.  
*Neg. 1.* Si Jus in re latè ac ge-  
 nericè sumitur, quo sensu etiam  
 dominium est Jus in re, dici-  
 turq; corporis, id est, Jus in cor-  
 pore, adeoq; in re *L. 21. pr. §. 1.*  
*ff. d. Usur. junct. L. 8. §. fin. de per. &*  
*com. rei vendit. Neg. 2.* Quòd ita  
 sumtum dominio opponatur,  
 sed dominium potiùs ut speci-  
 em sub se comprehendit. *Neg.*  
*3.* Quòd hoc loco ita differat.  
*Conferatur omninò Felsmannus de*

Jure



Ture in re, & ad rem, capite. 12.

§. 10.

11.

\* *Dicis 2.* Dominium residet in re: Ergò non est Jus in re, sed res ipsa. \* *Resp. Disting. conced. 1.*

Quòdin dominio sit res. \* *Conc. Resp. 2*

2. Quòd dominium in re sit secundùm quid, est enim habitu- do ad rem illam, cui nova qua- litas indita est cujus intuitu est propria, cùm extra istum re- spectum, & juxta nativam ea- rum conditionem rerum non aliter, quàm objectivè conside- rari soleat. *Neg. 1.* Quòd res non differat à dominio. *Neg. 2.* Quòd simpliciter sit res ipsa, quis enim dominium equi dicat ipsum e- quum; proinde differunt à se invicem, dominium esse alicu- jus rei, & res ipsa. *Vid. Oslander ad Grotium pag. 100. seq.*

12.

\* *Dicis 3.* Si dominium est Jus in re; tunc sequitur illud absur- dum, quòd creditor sit Domi- nus

*Objc- Hio 3.*



nus pignoris; sed prius est verum: ergò & posterius. Probatur absurditas consequentiæ: Quicumq; habet Jus in re, is habet etiam dominium. *p. L. 14. §. ult. C. d. SS. Fecl.* Sed qui pignoris Jus habet, Jus in re habet. *L. 30. ff. d. Nex. act. L. 19. pr. de dam. inf. L. 11. pr. eod. L. 9. qui pot. in pig.* Ergò creditor est Dominus pignoris: Repugnaret enim rem meam mihi pignoratam esse, unde non magis mihi esset cautum, quàm per dominium, adeoq; frustranea esset cautio, ceu sentit *B. Rath in M. SS. Col. R. sp. 1. leg. / nstie. ad d. §. 11. d. R. d. \* Resp. Distin. conced. 1* In Profyllegismo Majoris connexionem, si dominium impropriè, & quidem in lata significatione usurpatur. *Resp. 2 \* Conced. 2: (etiam illi, qui cum Bartolo dominium definiunt.)* Si Dominium imperfectum subintelligitur nempe possessionis, vel aliud



liud, ubi facultas administrandi, non verò alienandi competit, de qua tamen non quæritur, oppignoratio enim, & similia jura, quæ potestatem perfectè disponendi impediunt, tollunt saltem perfectum dominium, quia Jus minuunt. \* *Conc. Resp. 1.*

3. Mino-rem ideò, quia Ius pignoris, quæ rei pignoratæ inhæret, est species Iuris in re, unde benè dicitur, habet dominium, ergò habet Ius in re, non verò vice versa. \* *Conc. 4. Quòd pignus sit aliquod Ius in re, secundùm quid scilicet ad crediti nimirùm securitatem, ad quam sufficit, si res habeatur, ut si opus sit, denique distrahi possit.*

\* *Conc. 5. Quòd Pignus sit Ius in re aliena possessa sibi, & increditi securitatem. Neg. 1. Majoris coñexitatem, si dominium propriè, & strictè sumitur pro specie Iuris in re pignori opposita,*  
non

non enim reciprocari potest ita:  
 Habet Ius in re, Er: habet domi-  
 nium, potest enim habere Ius  
 pignoris, &c. *Neg. 2.* Si domi-  
 nium perfectum intelligitur, de  
 quo hic quæritur, an nimirum  
 possessio illarum rerum sit in  
 dominio. *Neg. 3.* Minorem, si  
 res pignorata ipsius esse dica-  
 tur. *Neg. 4.* Quod pignus, licet  
 in re sit constitutum Ius, sit ab-  
 solutum ac totum Ius in re, ve-  
 lut est dominium. *Confer. Osiander c. 1. Glæsarum c. f. pag. 207. c. 1. Schvwendendorffer de vera divis. Iur in re c. 2. §. 9. pag. 242. Neg. 6.*  
 Quod sit Ius in re possessa sua,  
 aut pro suo.

<sup>13.</sup> *Obj. 4.* \* 13. *Dicis 4.* Instando: Cui  
 competit alienatio, ille domi-  
 nium perfectum habere vide-  
 tur; sed creditori competit alic-  
 natio, quia oppignoratio est spe-  
 cies alienationis. E. creditor ad-  
 huc videtur habere perfectum  
 domi-



dominium. \* *Resp. Distin. conced. Resp. 1.*

Si vox alienationis latè sumitur non tantùm pro omni actu, per quem dominium transfertur, verùm etiam quo Ius in re diminuitur, *L. 5. 6. 7. 16. ff. fund. dor.*

*L. 28 ff. d. V. S.* \* *Cont. 2.* Quòd *Resp. 2.*

creditori competat facultas alienandi, sed dependens à vero Domino, vel à lege. \* *Conced. 3.* *Resp. 3.*

Quòd creditor vendere possit rem sibi pignoratam, sed ita vendens alij causam dominij præstare dicitur, *in L. 46. ff. d. A.*

*R. D.* puta, quando nondum est justè tradita. \* *Conc. 4.* Quòd *Resp. 4.*

de alienatione Lege permissâ, vel disponente loquantur opposcentes. \* *Conc. 5.* Quòd *Resp. 5.*

creditori tantùm accidentaïter competat alienatio. *Neg. 1.* Si vox alienationis rigorosè sumitur, quo sensu præter dominium nemo alienare potest, creditor verò non est Dominus, 'quantum

tum ad dominium *Neg. 2.* Quòd creditor inuito Domino alienare queat, licet accedat ad miniculū illud, traditio scilicet; nisi ex legis dispositione, vel permissione. *Neg. 3.* quòd de alienatione simplici dissentientes loquantur. *Neg. 4.* Quòd creditor essentialiter sit Dominus & possit sine contradictione dominium transferre in alium.

14. *Obj. 5.* 14. \* *Dicis 5.* Ius in re, & dominium sunt synonyma: ergò Ius in re est inconueniens Genus dominij. \* *Dist. conc.* Quòd dominium latè sumptum, & Ius in re pro paribus habeantur *Neg.* Quòd omne Ius sit dominium strictè dictum, distinguitur enim tanquam genus à specie. *R. P. 1. l. sung d. Instit. & Iur. q. 2. c. 2. §. 2. n. 54.*

15. *Obj. 6.* 15. \* *Dicis 6.* Ius in re est effectus dominij, quia illud ex hoc oritur: ergò generis locum tene.



tenere nequit. \*Resp. Dist. conc. Resp.

Quatenus Ius significat potestatem justam in reconstitutam, per quam à quolibet possessore eam vindicare possumus, unde dominium latè sumptum est causa Iuris in re, & sic dominij effectus proximior est Ius in re; remotus verò est actio realis, quæ dicitur ex Iure in re. *Bachovius ad S. 1. Instit. & alt. n. 1. Neg.* quantum denotat juridicam qualitatem, quâ res ipsa est affecta, ut cum ea ad quemvis possessorem ambulet, atq; ideo ab hoc peti possit, proinde Jus in re hoc sensu optimè defenditur, quòd sit causa remota actionum realium in genere sumptarum, quia harum essentia in Iure in re consistit. *Vid. Glaserus t. 1. pag. 147.* Proxima verò, & specialis causa in rem actionis, qua aliquis se fundat, est dominium vel aliud Jus in re,  
non

non enim sufficit in confusogere realis actionis subsistere, nec si lubet, licet; sed oportet in aliquo certo in rem mihi constituto jure fundamentum ponere, quia ad incertum petitum certa sententia, & executio non datur.

### SUMMARIA.

- I. Objectum Dominij, quo differt ab alijs Juribus in re, est res tota, omnisque ejus substantia.
- II. Corporalis, ob rationem non unã.
- III. & IV. Objectio prima & secunda, agit de Dominio Usus fructus.
- V. Objectio tertia, de Dominio Servitutum prædialium.
- VI. Objectio quarta, de Vindicatione rerum incorporalium.
- VII. Objectio quinta, de Proprietatis Dominio opposito ususfructus dominio.
- VIII. Objectio sexta, de Rerum incorporalium traditione.
- IX. Objectio septima, de acquisitione dominij sine traditione rerum incorporalium.
- X. Objectio octava, de alijs Rebus, quæ



quæ præter corporales ad aliquem pertinent.

XI. Objectio nona, de hærede, qui succedit ut Dominus, etiam in Jura, hoc est. in res incorporales. Sic dicitur de hæreditate, quod vindicetur, quantum Jus est. Præterea audit heres Dominus.

XII. Objectio decima, de libera dispositione rerum incorporalium; id quod inductione exemplorum constat.

XIII. Objectio undecima, de Analogico, non verò improprio possessionis dominij objecto, tale autem esse volunt res incorporales.

*Sciendum VII.*

**D**ominium esse *Ius in re* (posito, quòd objectum alias sit alienabile, vel consumptibile) & quidem *i. tota*, omnisque ejus substantia, ita namque differt ab alijs juribus in re, quæ in rei accidentia, & qualitates corporis naturalis, hoc est, emolumentum, & utilitatem, quæ ex illa haberi potest, tantum sunt

*i. Object. Domini.*

com-

comparata, veluti servitutes propter rei emolumenta, pign<sup>o</sup> pro securitate, possessio ratione detentionis, & quæ illius sunt commoda; Hæreditas verò & alia continet, quæ propriè de-

- 2. functi non fuerunt; 2. *In re corporali.* Ratio, quia 1. dominium rebus incorporalibus & juribus in Legibus oppositum reperitur, vide Leges apud Schrövendendorffer c. l. c. 2. §. 6. & Avianum c. l. alligatas 2. quia nullibi deprehenditur rei incorporalis dominium 3. quod eo concesso absurda esset domini & obligationis distinctio, consequenter verò juris in re & ad rem concedatur confusio necesse est. 4. quod expressè negetur earum vindicatio L. § 6. ff. de A. R. D. 5. quod originaliter cœperit dominium ex naturali possessione, quæ nequit fieri sine apprehensione. 6. quod ipsa cor-  
pora



pora naturalia tantum sic ha-  
 beri queant, ut sint in arbi-  
 trio possidentis, & ipsorum  
 proprietas penes aliquem sit,  
 vel non sit, ut potè sui na-  
 tura ad varias utilitates com-  
 paratorum: Contra verò  
 res incorporales saltem sunt  
 qualitates, quas circa res cor-  
 porales Leges produxerunt,  
 quæ in corporis accidentibus  
 tantum consistunt, adeoque  
 substantiam ipsam minimè af-  
 ficiunt. \* 7. quod dominium  
 sit proprium corporis accidens,  
 proinde de non corpore prædi-  
 carinequeat. \* 8. Quòd res in-  
 corporales neq; mobiles sint, ne-  
 que immobiles, sed tales res tan-  
 tum sunt in dominio nostro.  
 \* 9. Quòd fundus totus in L. 25.  
 ff. d. v. s. ratione dominij rectè  
 dicatur noster, ut ut ususfructus,  
 tanquam species servitutis, quæ  
 nobis abest, sit alienus, unde

B                      collig.

colligitur servitutem neq; speciem dominij, utpotè quæ nobis non abest, nequè objectum illius esse, sed ipsum corpus. \* 10. Quòd ibi agatur de rebus saltem corporalibus, ubi dominij tractatio instituitur. \* 11. Quod idem rei vindicationis subjectum existat, quod est dominij, sed illius est res mobilis, & immobilis. l. 1. §. 1. ff. d. R.V. Ergò etiam hujus. \* 12. Quòd hæreditatis divisio per directum iudicium communi dividendo peti nequeat ideò, cùm sit res incorporalis, cujus dominium non habemus, consequenter vindicari non potest. Vide Rebban in Paralipomenis Mejerianis dec. 5. 99. & Hannius ad Wesenb. not. 3. c. 1. Felmannus de iure in re, & ad rem. c. 12. §. 16. seqq.

3-  
Objc-  
tio 1.  
Resp. 1.  
Dicitur 1. Obstare l. 3. ff. de usu-  
fructu : ex qua colligitur domi-  
nium usufructus. Resp. Disting.  
conc.



*conced.* 1. Quòd comparatè lo-  
quatur textus, sicut enim do-  
minium usucapione, ita usus-  
fructus non utendo amittitur. *Resp. 2.*

*Conc.* 2. Quòd ibi sermo sit im-  
propriè talis de quasi possessio-  
ne usufructus, esset enim ab-  
surdum plus juris per eam me  
consequutum esse, quàm alium,  
qui adeptus est veram rei do-  
minium, unde argumentatur à  
dominio ad usumfructum.

*Neg.* 1. Quòd absolutè loqua-  
tur de ficto dominio Juris.

*Neg.* 2. Quòd expressè, & pro-  
priè aliquid ibi dicatur de vero  
dominio usufructus.

*Dicitur 2.* Obstare l. s. pr. ff. d. <sup>4.</sup> Obj. 2.  
*reb. auth. Iud. possid. item Nov. 2. c.*

*4. & Nov. 22.* unde probare vo-  
lunt dominium usufructus.

*Resp. Disting. conced.* Quòd ob spe-  
ciale rationem ibi usufructu-  
arius nominetur Dominus, ni-  
mirùm ratione effectus & fru-  
ctuum *Respo*

ctuum, quorum is, ad quem ususfructus pertinet, perceptione efficitur. *Neg.* Quòd Dominus appelletur ratione Juris, vel proprietatis, alioquin enim Tutoribus, qui etiam pro Dominis habentur in rebus pupillorum attribuendum esset verum dominium; Sicut itaq; Æthiops propterea, quòd aliquid albi habet, non verè dicitur albus: Ita nec usufructuarius Dominus rei denominatur, etsi particulam dominij teneat. *vid. Tract. 2. m. 1. sect. 1. n. 3. seqq. infra.*

- 5. Obiect.* *Dicis 3.* Obstatre *L. 15. § 8. ff.*  
*3.* quod *i aut clam.* In qua agitur de dominio servitutum prædialium. *Resp.* *Dist. Conced:* Quòd proprietas, in qua consistit Dominij forma, usufructui & servitutibus contradistinguat. *Neg.* quod aliquid præcipiat de dominio servitutum, vel usufructus, seu quòd Dominium eo sit referendum. *Dis*



*Dicitur* 4. *Obstare t. r. de usufructu* 6.  
*vindic. in quo rerum incorpora-* *Obiect.*  
*lium dicitur dari vindicatio, &* 4.  
*consequenter dominium. Arg. l.*  
*23. pr. ff. d. R. V. Resp. Dist. conc. 1.* *Resp. 1.*  
 quòd improprie & vulgariter  
 dicatur vindicatio alijs mutua-  
 titia, & præternaturalis dicta.  
*Beyerus ad Schnobelii disput. 20. §. 2.*  
*Conced. 2. quòd simpliciter vindicatio* *Resp. 2*  
*usufructus, vel servitu-* *3. & 4.*  
*tis. 3. Alibi vel in rem actio. 4.*  
 Deniq; utilis rei vindicatio re-  
 ctè dicatur; Veluti enim à do-  
 minio tanquam specie excellen-  
 tiori omne interdum Jus in  
 rem, adeoque cætera species  
 denominantur; Ita fieri amat,  
 ut etiam aliæ actiones reales  
 vindicationis nomé adsciscant,  
 quæ alias pariter ac ipsum do-  
 minium, cui conjunctissimè co-  
 hæret, proprie nonnisi rerum  
 est corporaliū. *Neg. 1. quòd*  
*proprie, & juridicè eo vocabu-*

B ; lo

exprimatur. *Neg.* 2. & 3. quod specialis rei, vel Juris vindicatio detur. 4. quod directa rei vindicatio locum inveniatur.

7. *Dicis 5.* Obstat *l. 20. ff. de dam. Obiect. infest. & l. 22. l. 25. §. 2. de usufr.*

5. *item l. 17. quibus mod. usufruct. amitt.*

In quibus locis fit mentio dominij proprietatis, seu rei, adeoque necesse est dari aliud, nempe Juris, seu usufructus. *Resp.*

*Resp.* *dist. conced.* quod oppositivè ita dicatur ad dominium plenum. *Neg.* quod proprietatis dominium usufructus dominio opponatur.

8. *Dicis 6.* Obstat argumentum desumptum ex *l. 3. ff. de usufruct.*

6. ex qua illud infertur, quando quidem rerum incorporalium est traditio, sequitur quod earum quae sit dominij acquisitio; *Resp. Disting. conced.* quod aliud

*Resp.* Jus in re concedatur quoad rei accidentia, & qualitates per talem



De Defin. Dominij. 31

talem quasi traditionem rei in  
servitutem *Neg.* quod ipsum  
dominium ita transferatur vel  
acquiratur, cum dominium rei  
sic concessæ apud proprietari-  
um maneat.

*Dicis 7. Obstare §. 30. l. de R. d.  
D. & l. 15. ff. de adopt. l. 50 §. 1. ff. Obj. 7.  
de R. V. l. 64. ff. de Farr.* Unde ap-  
paret, dominium etiam sine tra-  
ditione rerum corporalium ac-  
quiri. Ergo datur dominium  
Juris. *Resp. dist. conced.* quod de *Resp.*  
Jure Civili aliquando traditio  
abesse possit, ipsoque Jure do-  
minium acquiratur, *Negatur*,  
quod naturaliter rei corporalis  
traditio non desideretur ad ac-  
quisitionem dominij.

*Dicis 8. Obstare l. unic C. de 10.  
nud; Iur. Quir. toll. ubi præter ser-obj. s.  
vos ; ecce rem corporalem ?  
multæ aliæ NB. res ad aliquem  
pertinere dicuntur; ergo earum  
incorporalium qq. rerum da-*

B 4

tur

*Resp.* tur dominium. *Resd. Diff. conc.*  
quòd aliarum rerum ibi aliquis  
dicatur esse Dominus. *Neg.*  
quòd per eas intelligantur in-  
corporales, eùm præter servos  
etiam corporales immobiles i-  
doneæ ad recipiendum domi-  
nium dentur.

*ri* *Disi. 1. Obstat. 1. L. 37. ff. d.*  
*obj. 2. Acq. hered. ex qua patet,* quòd  
præter rerum singularium do-  
minium ad Jus defuncti perti-  
neant res incorporales, veluti  
nomina, servitutes &c. in quæ  
omnia, tanquam in Jus, succe-  
dit hæres: Er: incorporalium  
quoq; rerum fit Dñs hæres. 2.  
Accedit quòd etiam hæredi-  
tas, quæ Jus, vindicetur, *t. t. ff.*  
*d. hered. petit.* 3. Deniq; dicitur  
Dominus, qui hæreditatem ha-  
bet. *in L. 48. pr. ff. d. hered. instir.*  
*S. ult. de hered. qualis. et diff.*

*R. ff.*  
*genera-*  
*lis.* *Resp. in genere diff. conc.* in al-  
latis textibus dominium assi-  
gnari



gnari illi, qui hæreditatem habet, & hæredem Dominum in genere sumptum fieri rerum hæreditarium, sed tunc hæreditas sumitur objectivè, & improprie pro re hæreditaria propria solum. *Neg.* quòd dominium Juris hæreditarij detur, quando dominium in specie capitur pro jure incorporalis rei substantiam, hæreditas verò formaliter & juridicè, quando significat Jus successionis, seu hæreditarium. quod pertinet etiam ad res alienas.

*Resp.* in specie ad objectionem, *Ref spo*  
 2. *Conced.* quòd dominium rerum incorporalium adipiscatur heres, sed latè sumptum, *ciab. 7.*  
 quatenus in specie etiam Jus hæreditarium in se complectitur. *Neg.* quòd rerum incorporalium dominium nanciscatur, quatenus strictè sumitur, & ad res singulares & corporales restringitur. *B 5 Resp.*

*Resp* in specie ad obj. 2. *Conc.*  
 quòd hereditas, quâ Jus vindicetur, eòdem scilicet modo (vindicationem in genere de quavis actione reali sumendo) quo dominium latè sumitur, non verò in oppositione reliquorum Jurium in re, adeoq; sic de universitate, quæ corporum & Jurium est, interpretetur hereditas. *Neg* quòd rei vindicatione speciali, seu Juris petatur à Domino strictè dicto.

*Resp.*  
*specia-*  
*lis 2.*

*Resp.* in specie ad obj. 3. *Conc.*  
 quòd heres Dominus dicatur in actu primo, quomodo notat potestatem occupandi, & possidendi. *Neg.* quòd in actu secundo ita appelletur, simulatq; enim accedit possessio, simul adest dominium, ut actum secundum importat. Commendat hanc distinctionem *Grotius lib. 1 c. 3. §. ult. vide Veltbem. ad Grot. lib. 2. c. 2. §. 17.* Ita si quis  
 in sti-



instituit me heredem, rectè, & immediatè dominium hereditatis mihi defertur sine apprehensione statim à morte Testatoris, sicq; mihi competit dominium, ut notat actum primū.

*Dis. 10.* Obstare alios quàm plurimos adhuc textus Juris scripti, & non scripti, unde constat, quòd non minùs de rebus incorporalibus, quàm corporalibus liberè, ac perfectè disponere aliquis possit tum alienando, tum retinendo; qualia sunt

1. Jurisdicção patrimonialis cum mixto & mero Imperio.
2. Actiones Personales & Reales
3. Jus Emphyteuticum.
4. Censiticum.
5. Patronatus.
6. Jus decimandi.
7. Venandi, &c.

Ergò rerum incorporalium datur dominium Juris *Resp.* in genere; *Dist. conc.* quòd multi *Resp.* *genera* *lis.* Jus habeant de rebus talibus liberè disponendi. *Neg.* quòd do-

B 6                      mini-

minium strictè dictum, & plene habeant, adeoque perfectè de illis tanquam suis disponere valeant, qualem facultatem disponendi liberè habet Procurator Generalis cū libera, sed quia in re aliena eam (& sic neq; plene, neq; minùs plene in re propria) nactus est, non est Dñs. Ita Emphyteuta participat de ipsa proprietate, & potest de re disponere; comunicatur enim illi consequenter Ius alienandi, sed nō plene, verū ita, ut hæc pars maneat cōmunis, hinc cōdominiū quoddam oritur, apud utrumque enim est species dominiij non pleni, pro hac verò communicatione proprietatis pendit Canonem ex re tota, & adhibere debet certā ratione Domini consensum; qua de causa, cū potestatem perfectè disponendi impediat, moraliter tollit dominium perfectum.

Resp.



*Resp.* In specie ad Minorem: *Respö.*  
*Dist.* & quidem 1. ad Opposi-<sup>Spec. 1.</sup>  
 tam Jurisdictionem Patrimo-<sup>ad Ex.</sup>  
 nalem, *Conced.* 1. quod Jure<sup>1.</sup>  
 superioritatis gaudeat, quie-<sup>Resp. 2</sup>  
 andem habet. *Conc.* 2. quod do-  
 minium latissimè sumtum, &  
 Jurisdictionis dictum, sit inter  
 personas ut plurimum publi-  
 cas quod ab alijs dicitur domi-  
 nium scilicet Potestatis, rectius  
 verò Imperium. *Neg. primo,*  
 quod is habeat dominum pro-  
 priè & stricte dictum, quod  
 obtinet inter privatas Perso-  
 nas: Personæ namquè non sunt  
 in dominio nisi rarius, quando-  
 què saltem territoria, vel pro-  
 vincias Jure pleno hereditario,  
 vel usufructuario tenent Prin-  
 ces, sed tunc potius est potestas  
 in Personas dicenda. Proprie  
 itaque non ipsi homines, sed  
 jus eosd: regendi alienari di-  
 citur, in quantum illud est

cum aliquo emolumento con-  
 junctum; licet enim quilibet  
 imperans de subdito suo dicere  
 queat, hic meus est, ea tamen  
 proprietas diversa planè est à  
 ea, qua quis rem aliquam suam  
 dicit, priori enim loquutione  
 hoc tantum significatur: mihi  
 & non alteri competit jus hunc  
 hominem regendi, sic tamen,  
 ut & mihi adversus eundem  
 aliqua sit obligatio, nec in infi-  
 nitum illud jus exerceri queat.  
 Ast proprietas, quæ rei tribui-  
 tur, involuit jus ista re uten-  
 di ab utentiquè, eamquè con-  
 sumendi ex meo commodo aut  
 lubitu; sic ut qualitercunquè  
 eandem tractavero, injuriæ  
 non sim reus, sed ad excusa-  
 tionem sufficiat dixisse: hæc  
 res mea est. *Pufend. rffius d. I. N.*

*G. lib. 6. c. 3. n. 7.*

*Ref. spe-  
 cialis  
 ad Ex.  
 3.*

*Resp. In specie Dist: ad 2. op-  
 positum Exemplum Conc. quod  
 jus*



jus Emphyteuticum exercens  
habeat dominium utile, sed  
corporis, scilicet rei sibi conces-  
sæ, quia illud dominium non  
modo afficit rem ratione emo-  
lumentorum perceptibilem,  
sed etiam ratione substantiæ, &  
corporis ita, ut istud etiam ad  
successores transferre possit  
*Neg.* quod dominium Rerum  
incorporalium, Jurisq; vassalli-  
tici, vel Emphyteuticarij de-  
tur;

*Resp. in specie dist. ad 3. oppo.* *Resp.*  
situm Exemplum, *conced.* quod *specia-*  
*lis ad*  
Actiones reales, & personales *Ex. 3.*  
sint in dominio eatenus confi-  
deratæ quatenus magis rei cor-  
porali adhærent in ordine & re-  
latione ad effectum. *Neg.* quod  
sint in dominio, quatenus in se  
considerantur, & tertiam spe-  
ciem constituunt.

*Resp. in specie, dist. ad quartum* *Resp.*  
oppositum Exemplum: *Conced.* *specia-*  
*lis ad*  
quod *Ex. 4.*

quòd Dominus censùs, seu Censualista quidem Ius habeat dominio simile, seu particulam dominij pristini & alienati, dum ipsum Ius alienandi insolidum in alium, hoc est, Censuarium transtulit, adeoque dominium directum & utile, retento solùm Iure percipiendi aliquid fructuum, vel præstationis ex re concessa *Neg.* quòd habeat dominium Iuris censitici verum, vel quòd retineat nomen, aut speciem dominij, aut substantiam, vel plenum dominium, cùm ratione rei aliquid præstat; qua de causa, cùm nullum dominium habeat, differt ab Emphyteusi, ubi dominium directum manet penes illum, cui pensio debetur. *Rep. P. Haunold. tract. 10. ca. 2. n. 28. & Schilterus in Manud. Philosoph. l. c. 18. §. 65.*

*Resp. 1. specialis ad* *Resp. in specie dist. ad quintum oppositum Exemplum. Conc. 1. Ex. 5. quòd*



quòd Iure Patronatùs compe-  
tat actio realis confessoria, vel  
negatoria utilis. *Conc. 2.* quòd *Resp. 2.*  
etiam realis, imò rei vindicatio  
detur, sed propter rem corpo-  
ralem, quia venit accessoriè,  
dum Ecclesiæ semper cohæret.  
*Neg. 1.* quòd ex dominio descen-  
dat. *Neg. 2.* quòd principaliter  
propter rem incorporalem de-  
tur.

*Resp. in specie dist. ad sextum Resp.*  
oppositum Exemplum. *Conced. specia-*  
quòd Ius venandi sit res incor- *lis ad*  
poralis, sed pertinet ad servitu- *Ex. 6.*  
tes reales secundùm notoriam  
Germaniæ consuetudinè quo-  
ad effectum, quia ad hæredes  
transit, sed ideò foretè impropriè  
nequè enim est Personalis, non  
enim interit cum Persona, pro  
ea namquè asserenda contra  
quemcunque possessorem syl-  
væ competit actio confessoria  
in rem; nequè est realis, quia  
non

non debetur prædio, vel personæ, neq; confert ad utilitatem prædij, sed debetur personæ principaliter propter se ipsam, unde *D. Rath* Ius venandi inter pacta personalia refert. *Neg.* quod venandi Ius pertineat ad dominium.

13. *Dicitur 11.* Veluti Possessio rei  
*Obj. 11.* corporalis est causa sine qua non dominij rei corporalis; Ita possessio rei incorporalis est conditio ejusmodi dominij, hoc est, à qua dominium cœpit. Sed possessionis objectum est res corporalis & incorporalis, hæc quidem analogica, adeoq; non omni modo impropriè, sed tantum inæqualiter talis, *Er. Resp.*  
*R. f. 1. conced. 1.* quod res incorporalis analogicè sit objectum utriusq; si Analogum attributionis extrinsecæ intelligatur per similitudinem quandam, quam cum re corporali habet inæqualiter, quo



quo ipso tamen non aliter de  
 ista prædicatur, quàm omni  
 modo impropriè & comparatè,  
 veluti risus de prato. *Conced. 2. Resp. 1.*  
 quòd etiam sit Analogum attri-  
 butionis intrinsecæ, sed cum  
 perfectione, & diversitate gra-  
 dum, quod ad Univoca pro-  
 pius accedit; vel ut cum sanio-  
 ribus Philosophis loquar, est ip-  
 sum Univocum, hoc enim ve-  
 rè fundatur in dependentia,  
 quando una species aliâ est per-  
 fectione graduum,  
 seu una in altera includitur,  
 adeoque inæquales existunt,  
 intereà verò omnes formaliter  
 sunt tales, quales esse dicuntur:  
 Unde dicuntur Univoca inæ-  
 qualia.

*Neg. 1. & 2* Si Analogum at-  
 tributonis intrinsecæ velint in-  
 tellectū, præsertim illud, quod  
 Thomisti dicitur Inæqualitatis,  
 ubi perfectiùs esse in substantia,  
 im-

imperfectiùs verò in accidente  
deprehenditur, quod provenit  
ex diversitate differentia Ma-  
joris, vel Minoris in una specie,  
quàm altera. Non itaque hoc  
sensu res corporalis primariò  
possidetur, vel principaliter do-  
minio subiecta est; secundario  
verò modo res incorporalis,  
manet enim quælibet species  
formaliter talis, licet cum ordi-  
ne, & relatione aliqua. *Conf.*  
*Schilteri Praxis Analyticae artis in Ju-  
ris prudentia part. 1. cap. 7. §. 3. sequ.*  
*Cornæjus in Curriculo Philos. tract. 2.*  
*disput. 1. dubio 2. & 3. Bartholini in*  
*Enchiridio Log. lib. 1. cap. 9. pag. 94.*  
*seq.*

### SUMMARIA.

- I. Differentia inter rem quæ nostra fit.
- II. Et quæ nostra est.

#### *Sciendum VIII.*

1. **V**erbum Est, non sine ratio-  
ne esse adjectum, nam per  
dominium res non fit nostra,  
quasi



quasi per modum acquirendi,  
uti est Occupatio. Usucapio, &  
similes. Sed est Ius, quo pro- 2.  
prietatem in rem habemus.

SUMMARIA.

- I. Improperia significatio proprietatis  
alia in latissimo sensu.
- II. Alia in lato.
- III. Propria notatio subijcitur.

*Sciendum IX.*

**P**roprietatis vocem equivo- 1.  
cam esse, sicut & *Nostrum*; 1.  
enim proprietatis sumitur *impro-*  
*priu*, & iterum tum *latissime* idem  
significat, quod dominium, ut  
hoc latè Ius in re denotat, quo-  
modo servitutes aliquando ve-  
niunt nomine proprietatis: *vid. 2.*  
*Glæserus c. 1 cap. 3. pag. 165.* tunc  
verò *latè*, & in genere sumpta,  
absolutè & integrum plenum,  
seu in specie ita dictum, notat  
dominium, qua ratione iavi-  
cem non differunt. 2 *Proprie 1.*  
& strictè sumpta indicatur illa  
pro-

proprietas, tum plena, tum minus plena quia & hæc tanquam species dominij nomen retinet, quomodo proprietas existit formalis ratio dominij in specie sic dicti.

## SUMMARIA.

- I. Improperia significatio vocis *Nostrum*, alia latissima :
- II. Alia lata,
- III. Propria acceptio.
- IV. Descriptio Proprietatis.
- V. Usucapio, Donatio, Traditio, non sunt species dominij.

*Sciendum X.*

1. **P**ari modo accipitur vox *Nostrum* I. *impropiè*, & quidem tum *latissimè* pro quolibet Jure, quod habemus circa rem, & in personam. Tum *late* significat id, quod nostrum est ex jure in re, sic aliquid nostrum fit per dominium & servitutem opponitur verò obligationi, & hoc idem est cum dominio *latè* accepto in secundo significato pro.



projure in re. 2 *Proprie* & stri- 3.  
ctè capitur pro eo, quod no- 4.  
strum est, pleno, sive minus ple-  
no iure: Definitur verò Pro-  
prietas, quòd sit talis rei quali-  
tas moralis, qua res eodem mo-  
do, quo alicujus est alterius es-  
se non possit. *vid. Stravchius de*  
*Imperio Maris c. 2. § 1*

*Dicù 1.* Ex his verbis *nostra se-*  
*queretur*, quòd Usucapio, Do- *Obj. 5.*  
natio, Traditio dominij species  
essent, cùm his modis res no-  
stra sit. *Resp. conc* Si iisdem in- *Resp.*  
telligeretur causa efficiens, ex  
qua, & per quam res nostra fiat.  
*Neg.* dum ipsum illud Ius, quo  
res nostra est, cujus autoritate  
pro arbitrio de rebus disponi-  
mus. *Ludv. ad Wesenb. d. Acq.*  
*R. D. n. 3. vid. Sc 8.*

### SUMMARIA.

I. Differentia alia dominij ab obliga-  
tione.

I. A Servitutibus.

II. A Possessione.

IV. Ob-

IV. Objectio prima solvitur.

V. Ad objectionem secundam respondetur.

*Sciendum XI.*

1. **H**is verbis *ab obligatione dominium primo* fecerni per quam res quidem mihi debetur, mea tamen non est; Duo enim habendi sunt modi, unus Iure dominij, aliter jure obligationis; illo quid nostrum est, hoc nobis debetur. *Voet. ad §. 11. n. 1.* Vel in rebus duo spectantur, Acquisitio, & Contractus: Illa nimirum & dominium ad suum; Obligatio verò, & Contractus ad debitum pertinet. *Giphartus in l. 25. n. 4. d. O.*
2. *GA* Præterea *secundo* etiam differt à *servitutibus*, quæ sunt ius in re aliena, propria enim res nemini servit. Distinguitur itidem à *possessione* quia hæc est facti, *Proprietas* verò iuris; non enim ibi semper est proprietas, ubi
- 3.



ubi est possessio. *Giphanius in Antinomia Iur. Civil. §. 3. n. 2. & 3. ad lib. 2. Insti. disp. 9.*

*Dicitur 1.* Definitur ita unum <sup>4.</sup> relativum per aliud correlati-<sup>Obj. 1.</sup> vum, quod est vitium, & nihil explicat, nam dominium & nostrum sunt correlativa, non minus quam dominium & servus.

*Vid. R. P. Haunoldus Tract. 3. ca. 1. R. §. 3. n. 16. Resp. dist. conc.*

Si voces propria, vel nostra correlatè starent, tanquam opposita alteri relato nempe dominio. *Neg.* dum ijs tantum relatè utimur, ut non minus obligationi quam servitutibus opponantur Ad quem modum servitus in oppositione ad libertatem definitur. *Conf. Eybenius c. 1. obs. 10. ad §. 2. q. tit. 3. n. 6. seqq. Schilterus in Praxi Artis analyt. c. 4. §. 6. seqq.* qui dum de hoc argumento studiosè philosophatur, eximie inter alia distinguit

C inter

inter relationem ipsam, & inter  
 qualitatem relativam, quamvis  
 enim ait §. 8. v. g. inter Patrem,  
 & Filium, Dominum & Vasal-  
 lum, Virum & Uxorem, Credi-  
 torem & Debitorem fit utique  
 relatio; Potestas tamen in uno  
 & obligatio in altero, non sunt  
 ipsa relatio, sed qualitates quæ-  
 dam relativæ, sicut & funda-  
 mentum, seu origo relationis  
 ipsa relatio non est; Hinc ser-  
 vus pro derelicto habitus desijt  
 esse relatum, quia caret corre-  
 lato, nec tamen desijt ejus qua-  
 litas servilis.

*Dicitur 2.* Usufructuarius quo-  
 §. 2. quæ particulam dominij tenet,  
 est enim usufructus pars inte-  
 gralis dominij separata tamen  
 a toto adeoque participat ali-  
 quid ex natura dominij, hinc in  
 certis casibus exerit effectum  
 dominij, veluti in causa damni  
 infecti, & alijs quibusdam. *Conf.*

L. 33.



De Defin. Dominij. 51

L. 33. §. 1. d. *Vsu'r.* Ergo etiam  
Ususfructus est species minus  
pleni dominij. *Resp. dist. conced. Resp.*  
quod sit pars dominij integralis  
propriè dicta: Est enim Jus u-  
tendi fruendi per suam essentia  
pars decisa ex integro & pleno  
dominio, fit enim separatio Juris  
utendi fruendi re sua à reliquo  
dominij Jure, nempe à proprie-  
tate: Quando verò utitur Jure  
dominij Ususfructuarius, id non  
proprio, sed procuratorio no-  
mine facit. *Neg.* quod ususfructus  
strictè pro servitute acceptus,  
sit propriè species domini, nec  
pleni, nec minus pleni, sed Jus  
in re aliena. L. 66. §. 6. ff. *del. leg. 1.*  
non verò in re propria, adeoq;  
est species servitutis. quando e-  
nim Dominus eam percipit uti-  
litate, ususfructus non est ser-  
vitus, videlicet latè & genera-  
liter sumptus pro quolibet Jure  
percipiendi fructus. Quando  
CB verò

verò non Dominus, cum Usus-  
 fructus est Jus è servitute con-  
 stituta quæ situm. *Schiliterus cap.*  
*8. S. 63. in Manuduct. Philosophica*  
*moral. ad Jurisprudens.* Quicumq;  
 enim minùs plenum dominium  
 habet simul de proprietate vel  
 superiori, vel inferiori quoque  
 participare debet, sed Ususfru-  
 ctus licet sit Jus corpori inhæ-  
 rens, non est tamen in rei ipsius  
 substantiam comparatum, sed  
 in ejus accidentia, servitutem  
 scilicet utilitates, unde inter Ju-  
 ra, quæ non sunt dominijs,  
 refertur. nimirum ser-  
 vitutes,



MEM.





## MEMBRUM II.

*Continet*

## DEFINITIONEM

Remotivè traditam,

SUMMARIUM.

I. Definitio Bartoli rejicitur.

*Sciendum I.*

**M**inùs argutè, sed periculose satis definiri à Bartolo in L. si quis vi. §. 4. ff. de acqui. poss. quin imò communiter ab alijs ferè post ipsum defenditur: quòd sit Jus perfectè disponendi de re corporali, nisi Lege prohibeatur.

## SUMMARIA.

I. Ratio, cur minùs sit admittenda.

II. Autoritate confirmatur?

III. & IV. Replicant sine sufficienti, licet superabundanti ratione.

*Sciendum II.*

**M**alè dictum esse, quòd sit Jus perfectè disponendi. Ratio

I. quia Jus perfectè disponendi spectat ad effectum, unde caret

formâ specificâ, quæ alioquin  
 his verbis indicanda esset, quo  
 de essentia constaret à priori, &  
 differentia obligationis desi-  
 gnaretur. *Vid. Hanuius ad Wesenb.*  
*c. 1. n. 3.* Alioquin enim pupillus,  
 minor, prodigus, maritus ita  
 disponere, & alienare prohibiti;  
 item, qui proprietatem retinue-  
 runt Usufructu alteri concessio,  
 non essent veri Domini contra  
 rectam rationem, & expressos  
 Juris Textus. E diverso itidem  
 qui disponere possunt de re, &  
 eam alienare ut Procurator &  
 Tutor veri censendi forent do-  
 mini, textibus Juris itidem re-  
 fragrantibus; 2. consentit *Oet. &*  
*Ludovell ad C. 1. n. 1.* hic quidem  
 in verbis dum ait: Juris appel-  
 latione non intelligimus facul-  
 tatem legitimam, nam ea effe-  
 ctus dominij esse videtur; cui  
 sententiæ subscribit *Bardili Concl.*  
 2. *Theor. Pract. ad ff. lib. 4. 1.* dum ait  
 de.



De Defin. Dominij

definitio (scilicet: præsens) dominij  
Essentiam non explicat, sed e-  
jus tantum continet effectum.  
Porro improbat eandem quoque;  
*Osiadner ad Grov. lib. 2. c. 3. ¶ 10.*  
non absque ratione, dum domi-  
nium formaliter, & essentialiter  
Jus esse negat, & definitionem  
descriptivam saltè existere dicit  
per effectum proprium dominij;  
cum rectè quidè dicatur, quia  
Petrus est Dominus hujus rei,  
ideò habet facultatem perfectè  
de ea re disponendi, non verò  
viceversa: qua ratione conse-  
quitur, quod ut unusquisq; fa-  
cultatem habeat perfectè dis-  
ponendi de re aliqua, illa res  
priùs sit sua, ipseque Dominus  
illius. *Conf. sci. 6. n. 15. in Defini-  
tione Positiva.*

*Dicitur 1.* Replicando, benè di-  
ctum esse ideò, quia sufficit dif-  
ferentiam specificam à varijs il-  
lis effectibus repetere, utpotè

C 4

ex

ex quibus qualitas, & essentia  
 hujus potestatis realis optimè  
*Resp.* elucescit. *Resp. conced.* Si à poste-  
 riori, & in usu suo consideratur  
 dominium *Neg.* si à priori, no-  
 stra enim definitio profundius  
 naturam dominij expendit, &  
 examinat; Hæc verò est descri-  
 ptio, quæ dilucidius exhibet il-  
 la, quæ in dominio apparent  
*Conf. Eybenius l. c. ad Q. 11. Institut. n.*  
*23. & Osiander c. l.*

*Dicitur 2* Benè dictum esse pro-  
 4.  
 2. pterea, quia per vocabulum  
 perfecte disponendi distingui-  
 tur Dominus ab alijs, qui Jus in  
 re habent. Nam *primo*, Vassallus  
 non est propriè, vel pleno Jure  
 Dominus, quoniam rem ipsam,  
 aut Jus suum pro arbitrio suo  
 alienare non potest, nec abuti,  
 vel consumere; quod per par-  
 tes ulterius deducitur à *D. Mar-  
 zio in Comment. ad Institut. §. 11. n. 15.*  
*seq. sic. Secundo*, quòd fructuarius  
 re ipsa



De Defn. Domini. ¶

re ipsâ abuti, vel eam consume-  
re nequeat, quia uti, & frui de-  
bet salvâ rei substantiâ. *Tertio*.  
Creditor quoq; qui hypothe-  
cam habet, Jus quidem in re  
habet, quia tamen disponere re-  
gulariter nequit de re pignora-  
ta, non rectè Dominus appella-  
tur. *Quarto*: Ad eundem mo-  
dum Tutor loco Domini habe-  
tur, & Procurator, qui disposi-  
tionem rerum aliarum habent,  
sed non potestatem, unde ad-  
ministrare, non verò consume-  
re dicuntur. Ita *quinto* possessor  
habet potius Jus insistendi,  
quàm perfectè de re possessa  
disponendi.

*Resp. ad 1. obj. Dist. conc. quòd* <sup>*Resp.*</sup>  
Vasallus minus plenum domi- <sup>*ad Q.*</sup>  
nium habens, potestate desti- <sup>*sect. 2.*</sup>  
tuatur de re non ita perfectè,  
sed suo duntaxat modo dispo-  
nendi. *Neg.* quòd ideò à Domino  
perfecto differat, sed quòd præ-

C r      r

¶ Tractatus I.

ter Jus utendi fruendi concessum quoad partem sit Dominus, & quidem limitatus, proprietas enim in plures veluti particulas discerpta deprehenditur rectè itaq; dicimus. quis Condominus est hujus rei, seu de proprietate hujus rei simul participat, habet facultatem minus perfectè disponendi de illa; secus è contrario.

*Res. ad* Resp. ad 2. obj. 1. *¶. conc.* quòd

*obj.* 2. Usufructuarius in specie dictus quoad rei substantiam nullum omninò habeat disponendi arbitrium. *Neg.* quòd ideò differat à Domino, sed potius ea de causa, quòd Jus habeat in aliena, non verò in propria re constitutum, quæ ipsi usum talem per modum servitutis exhibet.

*Res. ad* Resp. ad 3. obj. *Dist. conc.* quòd

*obj.* 3. Creditor de re pignoratitia regulariter perfectè disponere nequeat propter Jus oppositum quòd



De Defn. Domini.

quod debitor habet. N. g. quod ob minus perfectam dispositionem à Domino differat, sed ea propter, quod rem alienam, nempe debitoris possideat. traditam videlicet sibi pro hypotheca in crediti securitatem; Unde per constitutionem pignoris creditor neutiquam acquirit Jus quoddam firmum & stabile, sed ad nutum debitoris extinguibile (nisi per impotentiam retardetur, quod per accidens est, & hic non consideratur) nempe si pignus luit. Hujusmodi autem Jus non pugnat cum dominio pleno, nam quando alter possidet rem meam, adhuc ego sum plenus Dominus, quamvis alterius possessio Jure me impediat, ne proxime & immediatè possim de re mea disponere.

Resp. ad 4. obj. *Dist. cont.* quod <sup>R. f. 4.</sup>  
Tutor & Procurator minus per- <sup>Obj. 4.</sup>  
fectam

C 6



Tractatus I.

fectam dispositione, sed saltem reru administratione exerceat. *Neg.* quod ideo differant a Dño perfecto, vel min' perfecto, sed ea potius de causa, quandoquidem rem alienam possident non cum affectione sibi habendi, sed alteri; Rei vero alienae ideo non dicor Dominus, quia potestas disponendi impeditur jure alterius dominij, & sic moraliter.

*Res. ad Resp. ad 6. objectionem. Diss. Obj. 6. conc* quod possessor de re possessa non plene & perfecte disponat. *Neg.* quod ideo differat a dominio perfecto, sed eam ob causam, quod non possideat cum certitudine rem suam esse.

SUMMARIA.

- I. Removetur particula illa a definitione, *Nisi Lego, &c.*
- II. Dispositionem impeditam non esse contra substantiam dominij, probatur.

III. *Cons*



De Defin. Dominij.

III. Confirmatur ulterius.

IV. Objectioni respondetur.

*Sciendum III.*

**M**inùs appositè 1. definitio-  
ni adjectas esse particulas  
(*Nisi lege prohibeatur.*) Ratio, quia  
ipsi generi jam antea insunt, li-  
mitant enim saltem effectum.  
Lex verò facultatem istam pro  
arbitrio disponendi moderatur,  
& in quibusdam Dominis pro-  
pter certas rationes & causas  
impedit ac restringit: Sic pu-  
pillis & minoribus absque Tuto-  
rum, vel Curatorum authori-  
tate & consensu nihil ex bonis  
suis alienare permittitur. §. 2.  
*Instit. Quibus alien. licet. vel non &*  
*pr. d. auth. Tut.* Idq; fit propter  
imbecillitatem & infirmitatem  
judicij: Pari modo non licet  
servos occidere ex prohibitio-  
ne Legis; Ita non cuilibet ex  
Dominis licet servos suos ma-  
numittere: Ratio autem est,

C 7

quia

- quia homo est sub Lege, & Lex magis est Domina rerum nostrarum, quàm nos. Hinc deducitur, *secundum B. D. Raib in M. SS. Colleg Institut. ad d. C. 11.* non esse contra substantiam dominij, non posse disponere de re, cum aliàs pupillus, prodigus, furiosus non essent Dominorum suarum, quod dicere absurdum est, eo quòd Juris dispositio non ipsum dominium, sed ejus tantum effectum impediatur: Nec esse consequens, *scribit Oslander c. l. pag. 697. seq.* effectus quidam dominij non locum habet in infante, vel furioso, Erg. ipsum dominium cessat in ipso: Si enim dominium dicimus Jus, quo proprietatem in re aliqua corporali habemus, seu quod in proprietate consistit, tunc sanè cui competit proprietatis rei corporalis, ei etiam competat dominium in illam rem



De Defn. Dominij. 63

tem oportet. Eadem ratione ineptè colligitur, quia non perfectè disponere de suis potest lecto affixus, & morbo detentus, item ebrius bruto similis. Ergo non erunt Domini rerum suarum, Neutiquam igitur Lex talis prohibens, utpotè quæ completum Jus supponit, fundatur in alterius Jure opposito, est enim impedimentum accidentale, quo sublato sine collatione novi Juris perfectè disponere possunt, habent namque Jus disponendi radicale, quod sufficit, alioquin qui procul distat à suo fundo, non haberet plenum dominium, quia non potest proximè disponere. *Vid. R. P. Hannold, loc. c. n. 4. & seqq.* qui juxta hunc tenorem particulas adductas explicat, in fine tamen ita concludit, se ultrò dare, non esse magnam necessitatem eas addendi, cujus vesti-

gia



64 Tractatus I.  
gia eruditè legit P. *Ulfung c. 1. c.*  
2. n. 54. *seq* cum quibus & nos  
*Ludvvell* sententiam sectati, sta-  
tuimus, verba ista esse super-  
flua, quæ proptere à sine vitio  
abesse possunt.

4. *Dicit* 1. hæc verba (*Nisi Leg*  
*Obi* 1. *prohibeatur, &c.*) ad differentiam  
illorum esse adjecta, qui possi-  
dent Majoratum, vel Fidei com-  
missum quæ alienari, vel hypo-  
thecari prohibentur, hi enim  
non habent plenum domini-  
*Resp.* um. *Resp. Dist. conced.* quòd talis  
nequè possit perfectè dispone-  
re de ejusmodi bonis, nequè  
dominium bonorum inaliena-  
bilibium plenum habeat in effe-  
ctu, ut ut contineat utramq; &  
proprietaem, sed communica-  
tam, & usumfructum, est enim  
gravatum Jure alieno; unde  
dispositio perfecta cessat, non  
verò dominium minùs plenum  
quod quis jure alienandi habet,  
ideo



De Defin. Dominiij. 65

ideo non minus possessor, quam reliqui existetes illud tenent secundum quid, quatenus enim effectum concernit, eatenus potestatem non habent pro arbitrio de bonis suis disponendi:

*Vid. Nos infra Tract. 2. M. 1. Sc. 3.*

Exinde itaq; differentia ipsa patet. *Neg.* quod ex oppositis verbis eadem appareat, siquidem à Lege præcisè & unicè illa vincula non proveniunt, sicut respectu pupillorum diximus; Fundatur namquè in Jure alijs simul quæsito, quibus fieret injuria, si talia bona alienarentur in præjudicium ejusdem familiæ. Notandum verò, quod dominium directum Majoratus sit penes totam familiam, quæ est persona quædam ficta. Utile autem penes Principem familiæ, seu personam fructuariam, quæ in familia ut major natus successit, habet namq; ut dictum

Etum est, præter Jus percipiendi fructus proprietatem sine jure alienandi commune unde Condominus uterq; civilis existit, id est, secundum quid, hoc enim Jure gaudens civiliter res alienas ut proprias habere dicitur, dum illi proprio nomine vindicatio permittitur, altera enim species minus pleni domini] manet penes familiam in jure quæsito radicata per Juris subtilitatem & fictionem; altera verò in possessorem est translata; dicitur autem in aliena re domini] habere, quia talia bona non purè possidet, hoc est, jure pleno, sed mixtum & limitat] dum partim sunt propria, partim v. aliena certo respectu, quatenus familia de superiori proprietate participat. Deinde etiam non purè possidet, hoc est, pleno Jure dispc] nendi. Quòd si verò comparetur cum cæteris tunc existenti,



bus, nemo quidem magis videtur Dominus illo, sed saltem ratione partium, quas conjunctas habet, non autem ratione magis pleni dominij, cum illud sit in familia magis radicatum, firmum, & stabile, apud possessores verò extingubile, nempe si moriatur.

### SUMMARIA.

- I. Rejjicitur aliorum definitio.
- II. Inter alia propter verbum vindicandi.
- III. Ratio prima.
- IV. Ratio secunda.
- V. Ratio dissentiendi diluitur.

### Sciendum IV.

**M**INUS prætereà accuratè definiri I. per Ius de re corporali pro arbitrio disponendi, eamque vindicandi, quatenus quis Lege, aut conventionē, vel vi prohibetur. vide Ludvvell Disp. 4. §. 3. & ad d. §. 11. Instit. n. 2. item *Manzianus Exercit. Imper. 8. q. 3. D. Manzianus c. l. n. 18. & Zafius ibidem.* Ratio, præterquam,

- quam, quod communia vitia jam tum notata cum priori habeat,
3. virgulam singularem in verbo 1. *vindicandi* meretur, quo ipso effectum indicatum volunt dicentes: quemadmodum requiritur in dispositione, ut res sit penes Dominum: Ita in vindicatione, ut sit penes alium: Verum enim verò cum ad effectum pertineat, fatentibus ipsis, fit ex accidenti, factò videlicet ejus, qui nobis possessionem negat, idcirco prædictæ particulæ non sunt tolerandæ, etiam ob eam causam, quam adducit R.
4. *P. Haunold c. l. §. 3. n. 13. dicendo:* quia vitiat definitionem, dum definit dominium per vindicationem cujus notitia obscurior est quàm dominij, imò comittit circulum: Nam rei vindictio definitur per dominium, si dominium iterum definiatur per ordinem ad vindicationem est



De Defin. Dominij. 69

est circulus manifestus. Hisce  
calculum adjicit *Feltmannus de*  
*Iure in re, & ad rem. cap. 12. §. 15.*  
*dicendo: Quæ* (scilicet vindica-  
tio, & alienatio) cum ex eo,  
quod res propria dicatur, satis  
intelligantur, & potius ad exer-  
citiū dominij, quàm ejus sub-  
stantiam pertineant, hæc enim  
potest esse salva, etiamsi rem  
non in alium transferamus,  
nec eam repetamus, eamvè a-  
lienare prohibeamur, hinc ne-  
cesse non erat, cur nostri ea in  
definitione ponerent.

*Dicitur 1.* Jus habendi, ac possi-  
dendi pro suo est pars integralis <sup>§.</sup>  
dominij, unde carens possessione <sup>Obiect.</sup>  
quâ bonæ vel malæ fidei pos-  
sessor fruitur, non habet perfe-  
ctum dominium, nisi illud vin-  
dicando subiciat suæ dispositio-  
ni: Er: vindicandi vocabulum  
omnino definitioni venit anne-  
ctendum. *Resp. dist. conced.* quod *Resp.*  
posses-

possessio obstat pleno dominio, sed hoc iterum est impedimentum accidentale, impeditur enim per oppositionem Iuris infirmi, ac sublatâ ignorantia statim auferibilis. *Neg.* quod potestatem radicalem Domino auferat & tollat, ita, ut intereâ sine vindicatione perfectus Dominus non maneat; quippe non impeditur moraliter à possessore per oppositionem Iuris alicujus firmi, ac stabilis, tollentis etiam radicalem potestatem perfectè disponendi.

#### SUMMARIA.

- I. Eliminator ex definitione particuli, (aut contentione.)
- II. & III. Ad contraria argumenta respondetur.

#### Sciendum V.

- r. **M**Inus quoq; appositè 3. definitioni adjectam esse particulam (aut *Conventione.*) Ratio, licet enim pacto & conventionione  
sibi



sibi liberam dispositionem aliquis adimere valeat, juxta Tit. Inst. quibus alien. lic. ve. nou. & Tit. 3. Inst. t. d. Servitut. Nam quod Lex potest per provisionem, hoc homo per conventionem, quam Lex firmavit. Attamen quia nemo contra pactum res suas rectè alienat, ac generi antea insunt virtualiter, & implicitè, igitur sine vitio ipsdem in definitione carere possumus; caveamus enim propter plures ejusmodi casus centones definitioni addere

Dicitur 1. Debitor est plenus & perfectus Dominus pignoris, de quo non potest pro lubitu disponere, eò, quòd creditor habeat Ius contrarium, propter conventionem cum creditore initam. Ergò necesse est definitioni particulas adductas adji-  
ei: *Nisi conventio obfistat.*

*Resp. dist. conced.* quòd debitor *resp.*  
pro-

propter conventionem cum debitor initam rem oppignoratam alienare nequeat *Vide Respons. ad 4. object. antecedentem. Neg.* quòd debitor non maneat perfectus Dominus, prout excludit dominium imperfectum propter eandem, quæ saltem est impedimentum accidentale, tollens proximè expeditam potentiam. nihil verò obest potestati nullo alieno Iure stabili ac firmo moraliter impedito, quia Ius pignoris non est stabile, proinde necessitatis gratiâ dicta particula neutiquam est adjicienda, impedimentum enim per accidens non debet exprimi in definitione, licet claritatis ergò tolerari possit.

3. *Dicitur 2.* Remotâ illâ particulâ  
 Obj. 2. removebitur simul differentia inter dominium plenum, & minus plenum; Sic etenim definitio pleni dominij conveniet  
 etiam



De Defn. Dominiij. 73

etiam habenti dominium directum, qui tamen non est plenus Dominus : Sequela probatur : Nam Dominus directus habet etiam Ius plenè disponendi, nisi conventio facta cum Vafallo obfistat

*Respond. conced.* Probatio-*R. ft.*  
nem, quòd effectus per eandem limitetur, ne directus Dominus plenè disponat, obfistit enim illi translatio totius utilitatis. *Neg.* quòd conventio tanquam modus faciat minùs plenum Dominum, sed communicatio proprietatis, cujus sine conventionne etiam in ultima voluntate, & alijs modis, aliquis particeps fieri potest. Cùm itaq; proprietati infit differentia, adjectione particulæ illius opus fore haud credo; Siquidem modus concurrat cum ipsa re, quæ per modum

D                      dum

dum illum perficitur, & exprimitur, pertinetque ad causam efficientem instrumentalem, quæ si in recto ponitur in aliqua definitione, veluti hic, vitium manifestum non potest non committi, secus verò, si loco formæ poneretur causa efficiens in obliquo.

## SUMMARIA.

- I. A definitione separatur particula  
(*Nisi vi.*)
- II. Annectitur Ratio,

*Sciendum VI.*

1. **M**inùs desuper 4. ferenda esse adjuncta verba : *Nisi vi prohibearur* : Ratio, quia impedimenta physica dispositionis non minuunt Ius radicale disponendi.

## SUMMARIA.

- I. Sutholdi definitio allata non toleratur.
- II. Ratio subicitur,
- III. De alijs ab effectu desumptis, & specif.



specificâ differentiâ carentibus  
definitionibus agitur remissivè.

*Sciendum VII.*

**Q**uòd minùs deniq; naturâ  
dominij exprimat defini-  
tio à *Sutholdo Aph.* . hunc in mo-  
dum tradita, quòd sit *Ius, quo res*  
*nostra est.* quia *Meum, Tuum,*  
*Suum, Nostrum* dicitur in ge-  
nere, & quidem latissimè circa  
quod *Ius* habemus. *L. 3. & Lib.*  
*25. d. O. & A.* five sit *Ius* in re,  
five ad rem. *Vid. (Sciend. IX.) &*  
*Hannius in Animadvers. 4. ad eun-*  
*dem S. 4.* quæ à se invicem hic  
non separantur, dum simplici-  
ter *Ius* apponitur non additâ  
differentiâ, quòd sit *Ius* in re.  
Alias definitiones plures con-  
gessit *Forsterus de Domino cap. 4.*  
*n. 19. seq.* quæ formâ specificâ  
carent, cùm tamen ipsemet  
non aliam digniorem, quàm  
ab effectu substituerit, ne di-

D 2 cam

76 Tract. I. de Div. Dominiij.  
cam, quòd Ius Patrimonij o-  
mnem facultatem in re, & ad  
rem comprehendat. do.  
cente *Hannio ad We.*  
*senb. cit. loc. n. 3.*  
*pag. 662.*



TRA-





## TRACTATUS II.

D E

### Divisione Dominij.

#### MEMBRUM I.

*Continet*

## DIVISIONE M

Ejusdem non unam positive  
traditam.

### SUMMARIA.

- I. Dominij divisio prima à causa est  
defumpta efficiente.
- II. Altera à forma substantiali.
- III. Unde dominium plenum, & mi-  
nùs plenum.
- IV. Proprietas est Jus dominij pleni  
pars integralis principalis, U-  
susufructus minùs principalis.
- V. Proprietas est simul species minùs  
pleni dominij, Ususufructus verò  
solum manet pars dominij pleni.
- VI. Qui conjunctum habet Ususufru-  
ctum dicitur Dominus Ususufru-

D 3

205,

ctus, econtrallususfructus appel-  
latur causalis feu potius mixtus.

*Sciendum I.*

1. **D**ominium, non minùs ob  
utilitatem suam, quàm  
necessitatem varias sorti-  
ri divisiones, quarum *prima* ac-  
cerfita est à *Causa Efficiente*, quòd  
fit vel *legitimum* ex Jure Civili  
descendens: & *Prætorium* ex Ju-  
re Honorario competens; Hoc  
accidit 1. quando quis Decreto  
secundò in possessionem mitti-  
tur. 2. Si ex Edicto successorio  
Bonorum possessio agnita fit,  
quomodo omninò plenum do-  
minium acquiritur, teste *Hanno*  
*d. Jure Rer. c. 3. (concl. 38. & Ekel.*  
2. *do ad ff. d. R. A. D. §. 3. Secunda*  
est desumpta à *Forma substantiali*,  
quòd fit vel plenum, vel minùs  
3. plenum *plenum* est, quando  
principaliter proprietas ipsa  
non est diminuta, non limitata,  
non restricta, neq; communica-  
ta al-



Dominij posit. tradita. 79

ta alteri, consequenter autem  
Ius utendi fruendi re liberè, &  
omnimodè penes dominium  
existit. *Minus plenum est*, quan-  
do principaliter proprietas ipsa  
est diminuta, limitata, restricta,  
& communicata alteri, conse-  
quenter autem Ususfructus à  
superiori proprietario inferiori

Iure dominij concessus. Sunt 4.  
enim partes integrales dominij  
pleni Proprietas, & Ususfructus;  
Hic quidem minùs principalis,  
quia ex proprietate demùm  
per consequentiam, adeoq; ef-  
fectivè fluit, salvâ essentiâ do-  
minij: Illa verò principalis, quia  
dominium in proprietate dire-  
ctò & principaliter consistit.

*Dominia Struvius Ex. 11. § 55. Syn-  
tagm. 7. C.* Partes itaq; hæ con-  
iunctim habitæ constituunt  
dominium plenum, atq; inte-  
grum, & liberrimam disponen-  
di facultatem, quâ quisque rei

D 4 est

est moderator, & arbiter. *L. 27.*

*C. mandat.* Sin verò principalis restringatur, & minùs principalis conjunctim in Condominium participatentem simul de proprietate transferatur, dominium quoddam oritur minùs plenum, imperfectum, restrictum. Hoc itaque modo proprietatis non minùs est species dominij minùs pleni, Ususfructus autem, cum dependeat ab inferiori proprietate, & nondum sit pars decisa ex integro dominio, ideò nomen dominij, ne quidem minùs pleni retinet, sed manet pars integralis dominij pleni, licet minùs principalis, sicut enim Æthiops propterea, quòd aliquid albi habet, non dicitur albus; ita nec Ususfructuarius Dominus rei denominatur etsi particulam dominij teneat, ceu supra monitum est. Unde si Dominus in re sua usum-



Dom. posit. tradita. <sup>te</sup>  
usumfructum habere dicitur in  
L. 226. §. 1. d. V. O. L. 6. pr. ff. d.  
Usufruct. ear. rev. dum Usufructus  
cum proprietate est conjunctus,  
non solum Dominus usufructus  
alibi dici, verum etiam usufructus  
inde causalis vulgo appellari solet,  
quod scilicet ex illa causa noster sit,  
ex qua res ipsa absolute nostra est,  
L. 21. §. pen. ff. d. Except. rei judic.  
etiam plenus, item mixtus. *Lau-  
terbach. d. usufr. Pater. §. 4. & P.  
Haunold. h. e. dominio vel dire-  
cto, vel utili conjunctus. Quod  
si itaque Proprietarius in rebus  
suis usumfructum habet, eo ca-  
su non est servitus, hoc est, Ens  
distinctum peculiari forma  
constans, sed est proprietatis ef-  
fectus, filia penes matrem ad-  
huc existens. *D. Beyerus ad Schno-  
belii Disput. 6. §. 4.* Eo tamen i-  
pso, quo causalis ab Interpreti-  
bus vocatur, improprie talem  
D s                      dici*

Tract. II. de Defin.  
dici nemo non intelligit, cum  
non distinguatur à proprietate.  
*Vid. Ludv. de Wesenb. ut. ff. d. u.  
usufruct. n. 4. Nequè sit servitus,  
multò minùs cum persona ex-  
pirans, quæ omnia conveniunt  
soli usufructui formali. Vid. A-  
rianus de Veterum Iuris Interpretum  
Distinct. Magistralibus Distinct. 6. &  
Brokhorff. in Nucl. ff. Exerco. 2. §. 49.  
iuncto Bechmanno ad. Exercit. 13. pag.  
356. seq.*

7. *Obiec.* *Dicitur 1.* Quando usufructus  
cum proprietate est conjun-  
ctus, dici solet dominium ple-  
num: Sed in utili dominio pro-  
prietas est conjuncta cum usu-  
fructu. Ergò utile dominium e-  
rit plenum, non verò minùs  
plenum dominium. *Resp. di-  
sting. conced.* quòd plenum do-  
minium dicatur, quando u-  
susfructus est conjunctus cum  
proprietate, sed limitata & in-  
feriori. Deinde etiam, quòd  
in uti-



Dom. possit. tradita. 33  
inutili dominio proprietas re-  
stricta, & inferior sit cum usu-  
fructu conjuncta. Neg. si pro-  
prietatem illimitatam intelli-  
gant dissentientes.

### SUMMARIA.

- I. Subdividitur dominium minus ple-  
num in directum, & utile.
- II. Utrumq; describitur, & compara-  
tur inter se.
- III. Improbatur distinctio ex eo, quod  
Legibus directio non probe-  
tur.
- IV. Reliqua contraria argumenta ex-  
aminantur.

#### *Sciendum II.*

**P**ROPTER præmissum funda-  
mentum, nimirum ob certa  
Juris principia, haud invita Ju-  
risprudentia tolerandam esse  
subdivisionem illam, quando  
*minus plenum* dominium rursus  
subdividitur in *directum*, & *utile*;  
Iud. verò est, quando superior,  
& absque ulla fructuum perce-  
ptione,

D 6

ptione, nuda proprietas semper est penes constituentem. Quale dominium habet *primò* Dominus rei in Emphyteusis data, *secundò* Dominus soli superficialij, *tertiò* Dominus Feudi. Hoc verò est, quando inferior proprietas unà cum omnimoda fructuum perceptione jure dominij concessa, & quadam cum perpetuitate est penes constitutum, quale dominium habes *primò* Emphyteuta, *secundò* Superficiarius, *tertiò* Vasallus. Hoc enim qui habet in re, ei quidquid utilitatis ex ea re percipitur, cedit, sic tamen, ut directum dominium, à quo utile derivatur, & ad quod aliquando revertitur, sit penes alium; Quapropter utile non est præstantius directo, quia huic cedit omnis utilitas; Sed illud est excellentius, quia magis de proprietate participat. *Vid Feltman.*

dis-



Dow. possit. tradita. 87

differt. de Jure in re, & ad rem. c. 14.  
§. 2. seqq. Utile verò ideò domi-  
nium rectè dicitur, quia de ipsa  
essentia domini participat,  
cùm pariter pro objecto habeat  
ipsam rei corporalis substantiã,  
quam veluti suam vindicare,  
mutare, transmittere, certòq;  
modo alienare potest. *Vid. Brok-  
torff. Ex. 2. §. 49.*

*Dicitur 1.* Hæc distinctio non <sup>§.</sup>  
habetur in Legibus nostris Ro- <sup>Obj. §.</sup>  
manis, Ergò non est retinenda.  
*Resp. Disting. conced.* quòd voces *Resp.*  
non reperiuntur in Legib Rom.  
seu quòd non occurat in iisdem.  
*Neg.* quòd res ipsa in illis non  
deprehendatur, seu quòd in  
Leg: Rom: incurrat: Hac enim  
in re non debent attendi solæ  
Leges Romanæ, vel etiam Au-  
thoritas Imperatoris Justiniani,  
sed ipsa rei evidètia, verbi causa  
Jus Feudale, nam Vasallo com-  
petit aliquod Jus, qui habet ma-  
nam

D 7

nam

gnam affinitatem cum domino secundum Excellentiam ita sumpto. *Vid. Beckmannus Exerc. 4. ad lib. 2. Feud. Tit. de Invest. in nor. ad prin.* Docendi enim & explicandi gratia licet nobis uti terminis, & verbis Juri Civili ignotis, modo res ipsa subjecta commodè demonstratur, cum commodius sit singulas causas singulis appellationibus distinguere. *¶. §. i. ff. quib. mod. res. in fr.* Accedit, quòd etiam illud ex Legibus sit, quod descendit ex sententia, vel consequentia. *L. 6. §. 1. d. V. S. vid. Felmannus de Iure in re, & ad rem, ca. 14. §. 5.* Constat insuper, quòd hoc nomen acceperit à re ipsa quin rei continet utilitatem; vel etiam traxerit illud ab effectu, Jus namque ejusmodi Dominis minùs plenis concessit utilè rei vindicationè. Non verò solum docendi, sed comunis quoq; Jusùs cau-



Dom. posit. tradita. 87

si servatur propter decisiones,  
& Consilia Doctorum, in quibus  
frequenter occurrit; quin  
imò magis ideò servanda vide-  
tur, quod usque quaque à ra-  
tione Juris Civilis non abhor-  
reat. Ne dicam, quod *Doctissi-  
mus Strauchius de R. I. Disp. 6. §. 4.*  
eandem generis in species (for-  
tè propter proprietatem) esse  
velit, non verò univocam divi-  
sionem: adeoque Magistralem  
distinctionem docendi causa  
inventam. *Conf. Dabler de Jure  
Censitico c. 1. §. 7.*

*Dicit 2.* Utile dominium pla-<sup>4.</sup> Obj. 2.  
ne non est dominium, quia qui  
hoc habet, potest de re sua pro-  
pria liberrimè disponere. *Resp.*  
*disting. conced.* quòd non sit do-<sup>Resp.</sup>  
minium plenum, *Neg.* quòd non  
sit minùs plenum, participat e-  
nim de essentia illius, nempe de  
proprietate.

*Dicit 3.* quòd hæc divisio sit a-<sup>5.</sup> Obj. 3.  
ctio.

Etionum *L. 10. § servit vind.* Ergo  
*Resp. 1* non est dominij. *Resp. 1. disting.*  
*conc.* quòd alio sensu conveniat  
 cum illis. *Neg. 1.* quòd eodem  
 sensu dicatur, quo dominium  
*Resp. 2* directum, & utile. *Conc. 2.* quòd  
 hæc divisio etiam sit actionum,  
*Neg.* quòd non sit dominij. Ra-  
 tio, cum actiones in gratiam  
 certi actoris contra certum re-  
 um pro certa re consequenda,  
 ex certo fundamento dentur,  
 sequitur, strictum esse earum u-  
 sum, & in eo statu nec alij posse  
 actori applicari, nec contra ali-  
 um reum, & ita consequenter.  
 Quòd si necessitas id fieri expo-  
 scat, utiles dicuntur, ac describi  
 commodius non possunt, quàm  
 quæ extra nativum statum  
 constitutæ vel alij actori, vel  
 contra alium reum dantur.  
 Vindicationi contingit, ut qua-  
 doque alij, quàm pleno Domi-  
 no, ut in Emphyteucaria de-  
 tur,



Dom. post. tradita. 89  
tur, liceatque sic ab effectu re-  
tro ad causam arguere, quoties  
vindictio utilis datur, toties  
pro Domino utili dabitur: Quid  
enim opus foret pro vero, ple-  
noque, & regulari Domino non  
veram, regularemque dare, sed  
mutuatitiam, & præternatura-  
lem vindicationem? *Beyerus ad  
Schnobeli cit. loc. §. 2. juncto Aru-  
mao disp. 8. ¶. 7.*

*Dicitur 4. quod Emphyteuta ex-  
pressè Dominus esse negetur in  
L. 1. §. 1. ff. si ager vectig. Resp. dist. R. sp.  
conc. quod plenum dominium  
non habeat Emphyteuta, & mi-  
nus pleno directo quidem desti-  
tuatur. Conf. Feltmannus de iure in  
re, & ad rem, cap. 16. §. 2. Neg.  
quod ipsi minus plenum utile  
dictum, denegetur. Conf. Brok-  
torff. c. 1. Ex. 2. §. 49.*

*Dicitur 5. quod Superficiarius à  
Domino separetur in L. 49. d. V.  
s E. utile dominium non habet.  
Resp. ceu antea. Dicitur Resp.*

*Dicis 6.* quod Vasallus tanquam Dominus quasi vindicare posse dicatur, *in c. un. §. rei autem, de investit. Resp. disting. conced.* quod Dominus non sit verus, vel directus, aut integer, Vasallus. *Neg.* quod non sit Dominus utilis. (*Tanquam*) enim Dominus significat utilem Dominum, & vindicatio est idem atque utilis rei vindicatio. *R. P. Haunoldo Interprete Tract 9. c. 8. n. 94.*

*Obj. 7.* *Dicis 7.* Dominium directum esse plenum dominium, quod esse revera habet Jus utendi fructu, sed impeditum. *Resp. disting. conced.* quod revera directus Dominus habeat Jus utendi fructu impeditum moraliter, quia propter stabile Jus alienum potestate disponendi quoad usum fructum omnimoda, quoad rem verò ipsam aliquantulum restituitur. *Neg.* quod revera talis directus Dominus habeat Jus



Dom. posit. tradita. 91

Jus utendi fruendi impeditum  
accidentaliter, sicut habet Jus  
comedendi cibum impeditum  
dolore dentium, aut nausæ  
stomachi; sed caret omnino  
Jure utendi, quia illud in alium  
transiit, quale non habet ali-  
in cibo, cujus comestio est im-  
pedita in *D. Haunold tr. 3. . 1. n. 17.*

*Obj. 7.*  
Dicis 8. Habentem dominium  
utile non esse Dominum simpli-  
citer, sed esse tamen Dominum  
secundum quid, ergo Dominus  
directus habet plenum, sive to-  
tum. *Resp. dist. conced.* quod Do-  
minus directus vocetur simpli-  
citer Dominus in Legibus. *Resp. 7.*  
*Conced.* 2. quod utile dominium  
habens habeat dominium sal-  
tem secundum quid, seu par-  
tem illius. *Neg. 8.* quod sit Do-  
minus plenus. *Neg. 2.* quod  
Dominus directus habeat do-  
minium totum, quandoqui-  
dem ne quidem unius par-  
tis

92 Tr. & II. de Defn.  
tis possint duo esse Domini  
in solidum.

*Obj. 9.* *Dicit 9* Necdum certò con-  
stare, quid sit directum, quid u-  
tile dominium, dum alij divisio-  
nem hanc desumptam volunt  
à subjecto, & sine: alij verò à  
forma, diverso sensu, quàm quo  
à nobis describitur: alij verò à  
causa efficiente: alij deniquè  
ab effectu, monente *Rebhan c. l.*  
*select. quest. dec. 5. quest. 10.* Ergò

*Resp.* præsens divisio est nulla. *Resp.*  
*conced.* quòd error ille ex negli-  
gentia sit ortus. *Neg.* quòd ex  
altiori inquisitione hactenùs  
non sit correctus.

*Obj. 10* *Dicit 10* Quòd si concedatur  
illa divisio, tunc directus Domi-  
nus habet saltem proprietatem  
nudam: Utilis verò possessio-  
nem, & omnem rei utilitatem,  
Ergò malè à nobis utrumq; de-

*Resp.* finitur. *Resp. dist. conced.* quòd di-  
rectus Dominus habeat pro-  
prietate



Dom. posit. tradita. 93

prietatem absque possessione,  
& usufructu nudam, sed superiorem & absque possessione scilicet naturali, *Neg.* quod utilis Dominus cum utilitate tantum possessionem habeat, habet enim & proprietatem inferiorem, & possessionem naturalem, dum directus Dominus civilem in animo retinet, adeoque uterque habet conjunctam possessionem cum proprietate, licet utilis Dominus magis plenum Jus habeat, hoc est, habet plures partes de toto integrali, quam directus, ergo non habet magis plenum dominium, quia minus de proprietate participat, est vero primarius effectus possessionis civilis dominium.

### SUMMARIA.

- I. Divisio tertia à Forma accidentali desumpta est quod aliud sit naturale.
- II. Aliud verò civile.
- III. Hoc rursus subdividitur, in purè & mixtum tale.

*Scien.*

1. **T**ertiam divisionem provenire à Forma accidentali, quòd sit vel *Naturale*, seu commune, quod constante Matrimonio penes uxorem residet in rebus dotalibus marito concessis, spe, ac potestate quiescens, & hoc est proprium, verum, atq;
2. absolutum dominium; vel *Civile*, seu singulare, quod maritus habet in re dotali, & actu exercet constante matrimonio, & hoc dicitur certo respectu tale. Cæterùm de hoc dominio dotis scribit eximie *Schilterus in Manuduct. c. 3. §. 64. subtilis Interpretes, dicendo*: Porro præter Usumfructum etiam *Ius rem sibi habendi* alteri Dominus communicare potest, sine tamen Jure alienandi, quod sit Jure Romano in re dotali immobili inæstimatò data, atque ita duæ oriuntur dominiij minùs pleni species, qua-



Dom. posit. tradita. 25

quarum altera penes mulierem  
remanet, in Jure alienandi radi-  
cata, dominium *naturale* vocat:  
Altera transfertur in maritum,  
& dicitur dominium *civile*. No-  
vissimè adinvenit *Velthem. ad Grot.*  
*l. 2. c. 6. n. 4. de l. B. & S* aliam di-  
ctioem, sed quæ rem non sa-  
tis explicat, sed magis implicat,  
dum dicit: hoc alijs dijudican-  
dum relinquo, an non pro di-  
stinctis habenda sint, plenum  
habere dominium, & plenè ha-  
bere dominium: Ita exemp: gr:  
Maritus habet plenum, plenè  
tamen non habet quia bona u-  
xoris alienare non potest, &c.  
Verùm enim verò quo nomine  
tandè esset exprimendum do-  
miniū uxoris? relinquitur itaq;  
hæc distinctio Politicis, quia Le-  
gum doctrinam confundit. *Conf.*  
*Trannius cit. l. & Sirauchius de Reg.*  
*Jur. Disp. 6. §. 7.* Civile subdi-  
viditur in purè tale, quod est in  
re alie.

realiena, & mixtum tale, quod partim est in aliena, partim in propria re, quale est dominium Majoratûs, &c. quam subdivisionem à nemine hæctenûs observatam deprehenderelicuit: Fundatur verò in *L. fin. S. sed quia C. commun. de Legat. vid. Sci. 3. n. 4. m. 2. Tract. 1*

## SUMMARIA.

- I. Quarta divisio desumpta est ab effectu, est autem vel verum.
- II. Vel fictum.
- III. Hoc rursus subdividitur.

*Sciendum IV.*

1. **Q**uartam divisionem esse petitam ac effectum, quod aliud sit *verum* nempe revera, & plenè acquisitum, ac in esse suo ita, ut hoc probanti nemo possit præferri; Aliud verò *fictum*, alias præsumtum, vel quasi dominium dictum, ac in fieri, quòd quidem perfectè & revera nondum est acquisitum, sed æqui-
- 2.



Don. posit. tradita. 97

æquitate suadente fingitur ;

Hoc verò iterum est duplex.

I. Quòd fingitur Jure Prætorio acquisitum *positivè*, cum tamen jure civili acquisitum necdum sit, quale habet Bonæ fidei possessor in conditione, usucapiendi constitutus. *Vid. Struchius c. l. 2.* Quòd Jure eodem fingitur nondum amissum, adeoque *negativè*, cum tamen jure civili revera amissum sit. *Vid. Hennius c. l. Concl. 44. & in notis ad Vvesenc. ff. d. Public. in rem act. n. 2.*

### SUMMARIA.

- I. Quinta divisio desumpta est ab accidenti; Est autem vel irrevocabile.
- II. Vel revocabile, hujus exempla proponuntur.
- III. Objectio solvitur.

*Sciendum V.*

Quintam divisionem derivare Doctores ab alio accidenti, scilicet tempore, cum enim  
E de

98      Tract. II. de Divis.  
de substantia dominiij sit pro-  
prietas, etiam illud dominium  
quòd aliquando revocabile est,  
hoc est, abiturum ab eo, qui  
id modò habet, verum est  
dominium per L. 66. d. R. V. &  
quia revocari posse dominio  
accidit. Vnde aljud dicunt  
esse irrevocabile, & revocabile,  
hujus exemplum, est, si quis  
dominium ad certum tempus  
auff einen Widerkauff / vel sub  
certis conditionibus, auf alia  
qualitate revocatoria acquisi-  
vit, arg. L. 66. ff. d. R. V. domi-  
nium ejusmodi quoquè habet  
B F. possessor, licet superventi  
Domino, & vindicanti. Tale in-  
super dominium est Vasalli &  
Emphyteutæ, hoc respectu,  
quatenus aliquando reditu-  
rum hoc ad Dominum feudi,  
vel Emphyteuseos. Huc non  
minus pertinet, quando quis  
heres institutus, rogatus est  
here.





Dom. posit. tradita. 99  
hereditatem restituere, dum  
enim vivit, verus est Dominus  
adita hereditate. Deniquè il-  
lud habet maritus in re dotali  
constante matrimonio *Hannius*  
*ad Wesenb. d. acquir: rerum dom.*  
*n. 3. & ad tit: ff. d. R. V. n. 3.*

*Dicitur* 1. quòd Insolens esse *Obj. 3.*  
videatur, dari dominium re-  
vocabile, præsertim illarum  
rerum, quæ usu consumuntur.  
*Resp. dist. Conc.* quòd insolens sit, *R. sp.*  
ante resolutam causam illius  
dari tale dominium.

*Neg.* insolens esse, quando  
resolvitur causa dominij, sic  
dominium quòd habet maritus  
in dote, revocatur resoluta  
causa, scilicet dissoluto matri-  
monio;

### SUMMARIA.

- I. Sexta divisio est, quòd aliud sit  
absolutum, aliud verò subordi-  
natum.
- II. Adversariorum argumentum dilui-  
tur..

*E 2*

*Sci.*

1. **N**on esse 6 in angulum re-  
legandam istam divisio-  
nem, quando dicitur aliud esse  
*absolutum, vel minus*; Aliud verò  
*subordinatum* dominium. Ratio,  
quia nihil impedit, & usitatissi-  
mum est, eandem rem pro di-  
versis habendi modis ad diver-  
sos spectare, sic in eundem  
fundum civitas dominium ha-  
bet eminens, Dominus fundi  
directum, Emphyteuta utile;  
Deinde etiam plures eandem  
rem eodem habendi modo te-  
nere possunt, non tamen in  
solidum, sed pro rata quisque  
parte, quod contingit in ijs  
Bonis, quæ indivisim possiden-  
tur à pluribus eodem dominij  
genere circa eandem rem con-  
currentibus, *Pufendorfius d. Iure.*  
*N. & G. lib. 4. c. 4. § 2. Epstein*  
*ad Hornij Architect. d. Civitate c. 3.*  
*Nb. 2. pag. 319.*

Dick



Dom. posit. tradita. 101

*Dicitur.* 1 Implicat manifestam *obj.*  
contradictionem, unius ejusdemque rei duos proprie sic dictos dominos esse Est enim dominium totale plurium pro eodem instanti chimericum, & contradictorium, id quod probatur tum ex *l. si ut certo loco &c. § 15. ff. commod.* tum ex definitione dominij à posteriori tradita, nam si plures in eodem instanti possent esse Domini ejusdem rei in solidum, sequeretur, quod unus ex illis eodem instanti possit de re illa liberè disponere etiam invito condomino, & ita possit rem destruere justè, altero justè nolente, adeoque simul justè & in justè, quæ est manifesta contradictio conf. *R. P. Illungen c. l. c. 3. q. 2. sequenti & P. Haunoldus ab eodem cit. loco. Resp. Resp. dist. conc.* quod duæ proprietates, quarum neutrà alteri subordinatur

E ; natur

natur unius ejusdemquè rei dari nequeant. *Neg.* quo minus duo unius ejusdemquè rei dominia modo unum alteri subordinetur, esse queant; Et si duo unius Personæ domini esse possunt, modo in eandem personam unius alteri subordinata sit, quid impedit duplex dominium in eandem rem, alterum nempe alteri subordinatum? *Vultem ad Grotij lib. d. I. B. & P lib. 2. pag. 669. seq.* Illud verò subordinatum ante omnia cernitur in directo & utili dominio, in illo enim communicatur alteri proprietas inferior cum Jure alienandi, ita, ut hæc pars maneat communis, hinc oritur condominium quoddam, apud utrumquè enim est species dominij non pleni, quòd in communiante vocatur directum, in altero verò utile; *Schilterus in*

*Manu.*



Dom. remot. tradita. 103

*Manuduct. Phil. c. 8. § 65.* Quis  
verò dubitet, ait *Brokgorff. Ex 2.*  
*f. §. 49.* cùm dominium sit to-  
tum quoddam, ejusquè inter a-  
lios ex Jure C. Effectus sit libe-  
rum alienandi arbitrium, uti  
simpliciter, ita & cum tali restri-  
ctione transferri in alium pos-  
se, utis non absolutum, sed a-  
lienantis dominio quod sibi  
servavit, subordinatum  
accessisse censea-  
tur.

MEMBRUM II.

Continet

DEFINITIONES

Removendas.

SUMMARI A.

- I. Rejicitur divisio in plenum, & mi-  
nus plenum dominium ab effe-  
ctu desumpta, malè descripta.
- II. Ob duplicem rationem,
- III. Utilis dominij subdivisio relega-  
tur,

**E D**      *Scien-*

1. **R**Elegatione dignam esse divisionem illam *ab effectu*, & sic à posteriori descriptam, quando *plenum* dominium volunt esse liberum, & integrum quoad proprietatem & fructuum perceptionem simul disponendi arbitrium; Econtrà *minus plenum* non liberum quoad utranque partem, sed saltem quoad hanc vel illam disponendi arbitrium. Primò namquè cōstat ex superioribus notatis, quòd non omnis, qui ita disponit, statim existat Dominus sive plenus, sive minus plenus. Secundo, negavimus usq; hæc constanter, quòd species minus pleni dominiij detur, in qua non uterque participat de proprietate. nam & utilis Dominus præter emolumentum, quod habet de re ipsa, aliquomodo disponat, oportet. Unde  
de tor
- 2.



de tot erroneæ descriptiones  
 directi, & utilis dominij sponte  
 suâ fluxerunt, Jusquè servitutis  
 ratione usufructûs, quod ex-  
 tra rei substantiam est, cum Ju-  
 re dominij semper confusum.  
 Subdivisionem quod attinet u-  
 tilis dominij nullo modo ad-  
 mittendam esse censeo, cum o-  
 ninò contraria sit Juris funda-  
 mentis, quam refutavit *Fersterus*  
*de dominio c. 5. u. 33. seqq. §. 41.*  
*seqq. postquam n. 33. seqq. ean-*  
*dem declaravit. Conf. Hænnius de*  
*Jure rerum c. 3. concl. 43.*

SUMMARI A.

- I. Eradicatur divisio Neotericorum,  
 qui statuunt dominium Proprietatis,  
 & Juris.
- II. Subdivisio dominij Juris vituperatur.

Sciendum II.

**D**Udum à communi nostro-  
 rum Schola rejectam esse  
 divisionē ab objecto prolatam,  
 quasi aliud dominium sit *Res*,  
 E s aliud

aliud verò *Iurâ*, quorum falsæ opinionis nullo negotio responderi potest ex dictis ubi dominium rerum incorporalium solidè est refutatum. *Conf. Hannius de Iure rerum c. 2. concl. 39. juncto Feltmanno c. 12 §. 20. seq. d. Iure in re, & ad rem.* Cæteras itaque, quas comminiscuntur subdivisiones Juris, uti 1. Jurisdictionis, esse diversi generis: 2. Servitutis: 3. Possessionis: 4. Obligationis: 5. Pignoris: 6. Crediti: 7. Hereditatis, &c. esse ægrorum somnia, alibi indicavimus: *Conf. inter c. Rebhan cit. loc. quest. 9. & Hannius cap. 3. concl. 39. Srauchius suo modo cit. l. §. 8. Ludvvell in Exercit. Inst. 4. §. 4. lit. c. Bechmannus ad ff. d. A. R. D. L. 63. n. 13. seq.*

### SUMMARIA.

- I. Non toleratur divisio dominij, quod est in re, & spe.
- II. Hoc est improprie tale.

Scien-



*Sciendum III.*

**N**ihil huc facere divisionem 1.  
 illam, quando statuunt esse  
 se aliud dominium in *spe*, hoc  
 est, Filij familias in bonis Paren-  
 tis, & aliud in *re*. Ratio, quia 2.  
 Filius familias vivo Patre Domi-  
 nus bonorum propriè non est,  
 dominium autem debet esse  
 Jus circa rem jam concessam,  
 nec possunt unius rei duo Do-  
 mini in solidum esse in eodem  
 instanti; sed fictione Juris, cum  
 una persona cum Patre esse  
 censeatur pro Domino quo-  
 damodo, & sic impropriè habe-  
 tur. *Ludv. ad Wesenb. de acq.*  
*rerum com. no. 3. pag. 656.* Spes  
 itaque hæc quidem dici potest,  
 & potentia succedendi, quæ &  
 ipsa tamen est non Ens ante-  
 quam Pater moriatur, nec an-  
 te radicem, vel causam gene-  
 rantem habet, unde talis spes  
 est quidem actus voluntatis

E 6

*spe-*

ſperantis ſed non ſpes juridica.

*Hannus ad Wejenb. d. A. K. D. n. 4.*

### SUMMARIA.

- I. Obſolera diviſio benitarij, & quiritarij dominij referetur.
- II. A Juſtiniano ſublata probatur.
- III. Finis diſſertationi quodam modo imponitur.

#### *Sciendum IV.*

1. **A**ntiquam diviſionem in *bonitarium*, quod etiam naturale, quaſi utile, dicebatur; & *Quiritarium*, quod etiam legitimum, & quaſi directum nominabatur, à Juſtiniano ſublataſſe probat *Barrecht ad Inſtitut. pr. n. 52. Conf. Traubius c. l. S. 2. Forſterus de Domino cap. 5 n. 4. ſeq.* Proinde indignam cenſemus, quo pluribus explicetur,
2. præſertim cum alioquin hiſce longiùs fortè immorati ſimus, cujus tamen ne ſic quidem hoc claudi loco conſideratio debuifſet, ſi argumenti, & perſpicuitati



Dom. remot. tradita. 109  
tati expositionis servendum  
esset.

## SUMMARIUM.

I. Usus practicus ostenditur in subje-  
ctis nonnullis Quæstioni us.

*Sciendum V.*

**R**Estare deniquè Usum pra-<sup>1.</sup>  
cticum annectendum, ne  
Resolutio Quæstionum merè  
scholastica habeatur, & extra  
omnem in foro usum esse: Ad<sup>2.</sup>  
efficaciam itaque illius facit 1.  
potissimùm, quòd sine domi-  
nij vera explicatione, & dis-  
cussione definiri nequeat: *Quæst.*  
*Vtrum ei, qui habet Ius Emphyreu- 1. pra-*  
*seos, vel Feudi, vel Ususfructus, vel tica,*  
*Pignoris, &c. ita agere liceat, ut*  
*dicat, dominium vel proprietatem*  
*ad se pertinere, sive se Dominum es-*  
*se? Ita 2. sine quæstionis hujus Qu. 2.*  
*decisione accurata, & juridica*  
*responderi non potest: An the-*  
*saurus inventus ab alio in fundo Em-*  
*phyteutico, aut feudali, pro dimidia*

no Tr. II. de Def. Dō. post. trad.  
parte Domino fundi sit attribuendus:  
Qu. 3. an verō Empyteuta? Sic nec 3. si-  
ne hujus conclusionis certitu-  
dine explicari potest Problema  
hoc: An agnati, & propinqui, qui-  
bus Jus est fundum, cujus dominium est  
alienatum, revocandi, eundem etiam  
revocare possint, si idem fundus alicui  
datus sit in Emphyteusin? Quæ, ut  
& alia Quæstiones (dicit Rebban  
in Paralipomenis Meyeri Dec. 5. q. 8.  
qui omnino legatu r) rectè, &  
juridicè definiri non possunt,  
nisi prius expeditum sit: An  
Emphyteuta, & similes reve-  
rã sint veri Domini? Et  
hæc de dominij natu-  
ra sufficiant.


F I N I S.



I N.



I N D E X.



I N D E X

Q U Æ S T I O N U M

E X T R A C T A R E M,

E X

T R A C T A T U I.

M E M B R O I.

*Sciendo I.*

Q U Æ S T I O I.

**A**N Dominium derivetur proxime à Domino? Resp. affirm. n. 1.

*Ex Sciendo II.*

Q U Æ S T I O II.

An Dominium plura nomina habeat? Resp. affirm. n. 1

Q U Æ S T I O III.

An differat à Proprietate? Resp. affirm. n. 2.

*Ex Sciendo III.*

Q U Æ S T I O IV.

An una tantum sit Dominij significatio? Respond. neg. n. 1. 2. 3. 4.

Q U Æ S T I O V.

An Dominium, & reliqua Jura in re differant tanquam veræ species? Resp. affirm. n. 5.

*Es*

# INDEX.

*Ex Sciendo IV.*

QUÆSTIO VI.

An satis arguta definitio Dominiij detur?  
Resp. affir. n. 1.

*Ex Sciendo V.*

QUÆSTIO VII.

An Dominium sit Jus? Resp. affir. n. 1.

QUÆSTIO VIII.

An Jus rerum referatur ad Jus in re, & ad rem? Resp. affir. n. 2.

*Ex Sciendo VI.*

QUÆSTIO IX.

An Dominium sit Jus in re? Resp. affir. n. 1.

QUÆSTIO X.

An Dominium inter quinque species Juris in re sit potissima? Resp. affir. n. 3.

QUÆSTIO XI.

An Jus in re alijs verbis exprimatur? Resp. affir. n. 4.

QUÆSTIO XII.

An Jus in re sit qualitas moralis hoc loco?  
Resp. affir. n. 5.

QUÆSTIO XIII.

An Jus in re Dominio contradistinguatur?  
Resp. dist. n. 9. seq.

QUÆSTIO XIV.

An Dominium simpliciter in re resideat?  
Resp. neg. n. 11.

QUÆ.



I N D E X.  
QUÆSTIO XV.

An Creditor sit Dominus pignoris? Resp.  
dist. n. 12.

QUÆSTIO XVI.

An Creditor habeat Dominium perfectum  
propter alienationem? Resp. dist. n. 3.

QUÆSTIO XVII.

An Jus in re sit Dominij effectus? Respond.  
dist. n. 15.

*Ex Sciendo VII.*

QUÆSTIO XVIII.

An Dominium ratione Objecti differat ab a-  
lijs Juribus in re? Resp. affir. n. 1.

QUÆSTIO XIX.

An sola res corporalis sit Objectum Dominij?  
Resp. affir. n. 2.

QUÆSTIO XX.

An detur Dominium Ususfructus? Respond.  
neg. n. 3. q. 4.

QUÆSTIO XXI.

An detur Dominium Servitutum prædialium?  
Resp. neg. n. 5.

QUÆSTIO XXII.

An detur rei Vindicatio rerum incorporaliū?  
Resp. dist. n. 6.

QUÆSTIO XXIII.

An detur Dominium Juris? Resp. neg. n. 7.

QUÆSTIO XXIV.

An ex Traditione rerum incorporaliū Do-  
minij

## I N D E X.

minij Acquisitio rectè colligatur? Respond. neg. n. 8.

### QUÆSTIO XXV.

An Traditio ad transferendum Dominium requiratur? Resp. dist. n. 9.

### QUÆSTIO XXVI.

An detur Dominium Hæreditatis? Respond. neg. ii.

### QUÆSTIO XXVII.

An detur Dominium Jurisdictionis? Resp. neg. n. 12.

### QUÆSTIO XXVIII.

An detur Dominium Actionum? Respond. neg. ibid.

### QUÆSTIO XXIX.

An detur Dominium Juris Emphyt. utici? Resp. neg. ibid.

### QUÆSTIO XXX.

An detur Dominium Juris Censitici? Resp. neg. ibid.

### QUÆSTIO XXXI.

An detur Dominium Juris Patronatus? Resp. neg. ibid.

### QUÆSTIO XXXII.

An detur Dominium Juris Decimandi? Resp. neg. ibid.

### QUÆSTIO XXXIII.

An detur Dominium Juris Venandi? Resp. neg. ibid.

QUÆ.



I N D E X.

QUÆSTIO XXXIV.

An detur Possessio rerum incorporalium analogica? Resp. dist. ibid.

*Ex Sciendo VIII.*

QUÆSTIO XXXV.

An Differentia detur inter rem, quæ nostra est, & quæ nostra fit? Resp. affirm. n. 1. seq.

*Ex Sciendo IX.*

QUÆSTIO XXXVI.

An plures sint Significationes, quàm una in voce Proprietatis? Resp. affirm. n. 1. seq.

*Ex Sciendo X.*

QUÆSTIO XXXVII.

An vox Nostrum plures admittat significationes? Resp. affirm. n. 1. seq.

QUÆSTIO XXXVIII.

An differat Dominium ab Obligatione? Respond. affirm. n. 1.

QUÆSTIO XXXIX.

An differat à Servitutibus? Resp. affirm. n. 2.

QUÆSTIO XL.

An differat à Possessione? Resp. affirm. n. 3.

QUÆSTIO XLI.

An Dominium & Nostrum sint correlativa? Resp. neg. n. 4.

QUÆ-

## I N D E X.

### QUÆSTIO XLII.

An Ususfructuarius teneat particulam Dominiij? Resp. affir. n. 5.

### QUÆSTIO XLIII.

An idèò Ususfructus sit species minùs pleni Dominiij? Resp. neg. ibidem.

---

## EX MEMBRO II.

### *Sciendo I.*

### QUÆSTIO XLIV.

An Bartoli Definitio sit approbanda? Resp. neg. n. 1.

### *Sciendo II.*

### QUÆSTIO XLV.

An, qui facultatem perfectè disponendi habet, statim sit Dominus? Resp. neg. n. 1.

### QUÆSTIO XLVI.

An, qui eandem facultatem tenet, distinguitur ab alijs, qui Jus in re habent? Resp. neg. n. 4.

### QUÆSTIO XLVII.

An Vasallus à Domino perfectò idèò differat, quia minùs perfectè disponit? Resp. neg. ibid.

### QUÆSTIO XLVIII.

An Ususfructuarius, Creditor, Tutor, & Procurator, Possessor, idèò differat ab eodem? Resp. neg. ibid.

*Ex*



# I N D E X.

## *Ex Sciendo III.*

### QUÆSTIO XLIX.

An illa particula Definitioni Dominij adesse  
debeat, (*Nisi Lege prohibeatur*) Resp.  
neg. n. 1.

### QUÆSTIO L.

An impedita Dispositio fit contra substan-  
tiam Dominij? Resp. neg. n. 2.

### QUÆSTIO LI.

An particula (*nisi Lege prob. beatur*) faciat ad  
differentiam Majoratus, velfidei com-  
missi? Resp. neg. n. 4

## *Sciendo IV.*

### QUÆSTIO LII.

An Ludweli Definitio fit bona? Respond.  
neg. n. 1.

### QUÆSTIO LIII.

An verbum *Vindicandi* Definitioni Dominij  
debeat addi? Resp. neg. n. 2.

### QUÆSTIO LIV.

An Possessio obstet pleno Dominio? Resp.  
dist. n. 5.

## *Sciendo V.*

### QUÆSTIO LV.

An particula (*ex conventione*) fit toleranda  
in Definitione Dominij? Respond. ne-  
ga. n. 1.

QUÆ-

I N D E X.

QUÆSTIO LVI.

An Debitor sis perfectus Dominus pignoris,  
quatenus excludit Dominum imper-  
fectum? Resp. affir. n. 2.

QUÆSTIO LVII.

An Dominij pleni, & minus pleni differen-  
tiam constituat particula (*Conventio*)  
Respond. neg. ibid.

*Ex Sciendo VI.*

QUÆSTIO LVIII.

An in Definitione Dominij locum habeant  
particulæ (*nisi vi?*) Resp. nega. n. 1.

*Ex Sciendo VII.*

QUÆSTIO LIX. I

An Sutholdi Definitio sit admittenda? Resp.  
neg. n. 1. seq.

QUÆSTIO LX.

An Forsteri locum inveniat? Resp. neg. n. 3.



E X

T R A C T A T U I I.

M E M B R O I.

*Sciendo I.*

QUÆSTIO LXI.

**A**N Divisio prima à causa efficien-  
te sit in Jure Civili fundata, quomodo  
Domi-



## I N D E X:

Dominium aliud legitimum, aliud vero Prætorium dicitur? Resp. affir. n. 1.

### QUÆSTIO LXII.

An Divisio secunda à forma substantiali sit bona, quando Dominium dividitur in plenum, & minus plenum? Respond. affir. n. 3.

### QUÆSTIO LXIII.

An Subdivisio minus pleni Dominij in directâ, & utile sit ferenda? Ref. affir. n. 2.

### QUÆSTIO LXIV.

An eadem Subdivisio incurrat in Leges nostras? Resp. neg. n. 3.

### QUÆSTIO LXV.

An sit generis in species? Resp. affir. ibid.

### QUÆSTIO LXVI.

An utile Dominium sit Dominij species? Resp. affir. n. 4.

### QUÆSTIO LXVII.

An Subdivisio illa sit mutuata ab actione directa, & utili? Resp. affirmativè suo modo ibid.

### QUÆSTIO LXVIII.

An Emphyteutæ, & Superficiario omne Dominium denegetur? Resp. neg. ibid.

QUÆ.

I N D E X.

QUÆSTIO LXIX.

An Vafallus idè Dominio utili careat, quia  
quafi vñdicare dicitur? Respond. ne-  
ga. ibid.

QUÆSTIO LXX.

An Dominium directum, & plenum sint idè?  
Respond. negativè ibid.

QUÆSTIO LXXI.

An utilis Dominus fit Dominus faltem se-  
cundùm quid? Resp. neg. ibid.

QUÆSTIO LXXII.

An Subdivifio allata fit à subjecto, vel fine,  
vel forma substantiali, an à Cauſa ef-  
ficiente, an verò ab effectu? Resp.  
à Forma substantiali ibid.

QUÆSTIO LXXIII.

An directus Dominus faltem habeat proprie-  
tatem nudam, utilis verò & possessio-  
nem, & rei utilitatem simul? Respon.  
neg. ibid.

*Sciendo III.*

QUÆSTIO LXXIV.

An tertia divifio à forma accidentali defum-  
pta fit bona, quando dividitur in na-  
turale, & civile: hoc verò rursus in pu-  
rè, & mixtum tale? Resp. affir. ibid.

*Ex*



# I N D E X.

## *Ex Sciendo IV.*

### QUÆSTIO LXXV.

An quarta Divisio Juri Civili conveniat, quæ ab effectu est desumpta, quando Dominium aliud dicitur verum, & aliud fictum? Resp. affirm. n. 1. seq.

### QUÆSTIO LXXVI.

An fictum Dominium sit positivè & negativè tale? Resp. affirm. n. 3.

## *Ex Sciendo V.*

### QUÆSTIO LXXVII.

An quinta Divisio stare possit à tempore petita, quando Dominium aliud dicitur revocabile, & irrevocabile? Respond. affirm. n. 1.

## *Ex Sciendo VI.*

### QUÆSTIO LXXVIII.

An sexta Divisio sit alicujus momenti, quando Dominium dividitur in absolutum, & subordinatum? Resp. affirm. n. 1.

---

## E X

## M E M B R O I I.

### *Sciendo I.*

### QUÆSTIO LXXIX.

An plenum, & minus plenum Dominium ab effectu

F

I N D E X.

effectu defumatur, & rectè describatur?  
Resp. neg. n. 1.

QUÆSTIO LXXX.

An utile Dominium rectè subdividatur in re-  
cognoscens, jugulans, dependens, &  
ex alio utili natum? Resp. neg. n. 3.

*Ex Sciendo II.*

QUÆSTIO LXXXI.

An detur Dominium Juris & Proprietatis,  
seu rei? Resp. neg. n. 1.

*Ex Sciendo III.*

QUÆSTIO LXXXII.

An sit Dominium rei, & spei? Resp. neg. n. 1.

*Ex Sciendo IV.*

QUÆSTIO LXXXIII.

An sublata sit Divisio Dominij in Bonitarium,  
& Quiritarium? Resp. affir. n. 1. seq.

*Ex Sciendo V.*


QUÆSTIO LXXXIV.


An Disputatio de Definitione, & Divisione  
Dominij habeat Usum practicum? Re-  
spond. affir. n. 1. seqq.

F I N I S.


















Dom. posit.  
 prietatem absque  
 & usufructu nuda  
 riorem & absque p  
 licet naturali, Na  
 Dominus cum uti  
 possessionem habe  
 nim & proprietate  
 rem, & possessio  
 lem, dum directus  
 valem in animo re  
 uterq; habet con  
 fessionem cum pr  
 cet utilis Domin  
 num Jus habeat,  
 plures partes de  
 quam directas, et  
 magis plenum do  
 minus de propri  
 pat, est vero prim  
 possessionis civilis

SUMMA

- I. Divisio tertia à Fo  
 desumpta est q  
 turale.
- II. Aliud verò civile
- III. Hoc rursus subdi  
 & mixtum tale.

